517 'Οχθέω, *f.* ήσω, indignor, graviter suspiro, gravatè fero; *ab* ὄχθη, ης, ἡ, ripa, *metaph. quoniam animus* ὀχθοῦντος, *dum aliquâ re offenditur, quasi exsurgit et intumescit: sunt tamen qui ab* ἄχθομαι *deducunt.*

Ἐχθοδοπὸς, ἡ, ὸν, odiosus, invisus; *fit ab* ἔχθος, εος, τὸ, odium, *et* 518
ὢψ, ὀπὸς, ἡ, visus, *seu* vox, *ut sit* ἐχθοοπὸς, *et pleonasm.* τοῦ δ, ἐχθοδοπὸς, *quem aspicere aut colloqui est nobis odiosum; hinc* ἐχθοδοπέω, *f.* ήσω, sum invisus, voce altercor, sum inimicus; ἐχθοδοπῆσαι, *id est,* ἐχθρὸν γενέσθαι.

Ἐφήσεις, induces; 2. *sing. fut.* 1. *verbi* ἐφίημι.

Ἐρέθησι, *Ion. pro* ἐρέθῃ· *ab* ἐρέθω, irrito, lacesso; *ab* ἔρις, δος, ἡ, lis, 519
contentio; ἐρέθειν *est* εἰς ἔριν θυμικὴν παρακινεῖν, *inquit Eustath. alibi; hinc* ἐρεθίζω, *idem quod* ἐρέθω.

Νεικέω, *f.* ήσω, objurgo, *propriè in verbis*, contendo, rixor; *à* νεῖκος, 521
εος, τὸ, rixa; *quod à* νὴ *part. priv. et* εἴκω, cedo; *sed* νικάω, vinco.

Ἀποστείχω, abeo, discedo, revertor; *à* στείχω, *propriè* ordine eo, in- 522
cedo, *fut.* 1. στείξω, *perf.* ἔστειχα, *aor.* 2. ἔστιχον.

Νοέω, *f.* ήσω, mente agito, cogito, animadverto, intelligo, *item* video, cerno; νοήσῃ, *3. sing. aor.* 1. *subj.*

Μέλει, curæ est, *fut.* μελήσει *perf.* μεμέληκε· *sed apud poëtas* μέμηλε 523
per syncop. unde partic. μεμηλὼς, qui, *vel*, quæ curæ est; *dicitur* ἐμοὶ ταῦτα μελήσεται, *vel* ἐμοὶ περὶ τούτων μελήσεται.

Εἰ δ' ἄγε, verum age. *Sententia elliptica est, et ita supplenda:* ἄγε 524
δὲ εἰ ἐθέλεις. *Prof. Dunbar. Collect. Min. Not. in loc.*

Κεφαλὴ, ῆς, ἡ, caput; ἀπὸ τοῦ κεκυφῶσθαι, à cavitate.

Πεποίθῃς, 2. *sing. subjunct. præt. med. verbi* πείθω, persuadeo, *fut.* 1. πείσω, *præt.* πέπεικα, *aor.* 2. ἔπιθον, *præt. med.* πέποιθα, fretus sum, credo, fidem habeo.

Ἔμεθεν, *Att. pro* ἐμέοθεν, *Ion. pro* ἐμοῦθεν, *gen. sing. ab* ἐγώ. 525

Τέκμαρ, τὸ, finis, exitus, *item* signum; τέκμωρ, *idem: sumitur et pro* 526
scopo, *seu* fine actionum proposito.

Παλινάγρετος, ου, ὁ καὶ ἡ, rursus congregatus, revocatus, *vel* quod revocari potest; *per syncop. pro* παλιναγείρετος· *à* πάλιν, rursus, *et* ἀγείρω, congrego.

Ἀπατάω, *f.* ήσω, *quasi* ἀπάγω τοῦ πάτου, *propriè*, aliquem à viâ rectâ abducere; *et metaph.* decipio, fallo; *hinc* ἀπατηλὸς, ἡ, ὸν, fallax.

Ἀτελεύτητος, ου, ὁ καὶ ἡ, ad finem non perductus, irritus, *item* fine 527
carens; *à* τελευτάω, *f.* ήσω, finio, *quod à* τέλος, εος, τὸ, finis.

Κυάνεος, έα, *vel* έη, εον, *et* κυάνειος, εία, ειον, cæruleus; *aliquando* ni- 528
ger; *à* κύανος, ου, ὁ, color cæruleus; κυανέῃσιν, *Ion. pro* κυανέαις, *dat. plur. fœm.*

Ὀφρὺς, ύος, ἡ, supercilium; *metaph.* superbia; *aliquando* tumulus; *ab* ὄπτομαι, *inquit Martin.* ὀφρύσι, *dat. plur.*

Ἀμβρόσιος, ία, ιον, immortalis, divinus; *interdum* dulcis, placidus; 529
quod ab ἄμβροτος, ου, ὁ καὶ ἡ, *idem; ab* α *priv. et* βροτὸς, οῦ, ὁ, mortalis.

Χαίτη, ης, ἡ, juba equi; *propriè, in homine* cæsaries; à χέω, fundo.

Ἐπεῤῥώσαντο, *3. pl. aor.* 1. *med.* ἐπιῤῥώομαι, fortiter moveor; *quod ab* ἐπὶ *et* ῥώομαι, *inusitat. à quo tamen quædam tempora sunt in usu; significat*, vehementi motu agitari; *hoc autem à* ῥωννύω *vel* -υμι, corroboro; ἐπεῤῥώσαντο, *id est,* ἐῤῥωμένως ἐκινοῦντο.

Κρὰς, *in genit.* κρατὸς, *vel* κράας, κράατος, τὸ, caput; *à* κάρηνον, ου, τὸ, 530
idem.

D

'Ελελίττω, *f.* ξω, agito, concutio, rapido volumine torqueo; ἐλέλιξεν, 3. *sing. aor.* 1. *ind. ab* ἑλίσσω, *supra, reduplicatione primæ syllabæ.*

531 Βουλεύω, *f.* εύσω, consilium agito, consulto; *à* βουλὴ, ῆς, ἡ, consilium, consultatio.

Διετμάγην, *Bœot. pro* διετμάγησαν, 3. *plur.* διετμάγην, *aor.* 2. *pass. à* τέμνω, *quod aliquando format fut.* 1. τμήξω, *aor.* 2. ἔτμαγον, *vel* ἔτμηγον, *inquit Scotus; alii faciunt hoc fut. et aor. à* τμήσσω, *vel* τμήγω, seco, scindo, divido, separo.

532 Ἄλλομαι, *f.* λοῦμαι, salio, salto: *hinc* ἆλτο, *cum leni pro aspirat. Æolico more, qui dictiones à quacunque vocali incipientes tenui efficiunt,* 3. *sing. aor.* 2. *med. per syncop. pro* ἥλετο, *et* α *pro* η· *quibusdam placet, ut* ἆλτο *potiùs sit aorist.* 1. *pro* ἥλατο· *quibusdam, ut sit plusq. perf. pass. à præt.* ἧλμαι, *plusq.* ἥλμεν, ἧλσο, ἧλτο, *pro quo* ἆλτο.

Βαθὺς, εῖα, ὺ, profundus, *ut hìc; catachresticè et metaph. variè significat;* latus, β. 92. ἠϊόνος προπάροιθε βαθείης ἐστιχόωντο, litus secundum latum prodibant; densus, *ib.* 146. κινήσει ζέφυρος βαθὺ λήϊον, moverit zephyrus densam segetem, π. 765 βαθέην ὕλην, densam sylvam (*ubi* βαθέην *pro* βαθεῖαν); *item* altus, ε. 144. βαθέης ἐξάλλεται αὐλῆς, alto exilit ovili; *aliquando* vehemens, λ. 306. βαθείῃ λαίλαπι τύπτων, vehementi procellâ verberans; spissus, υ. 445. τρὶς δ' ἠέρα τύψε βαθεῖαν, ter nebulam percussit spissam, *et* ψ. 249. βαθεῖα δὲ κάππεσε τέφρη· *item* abditus, τ. 124. τὸν δ' ἄχος ὀξὺ κατὰ φρένα τύψε βαθεῖαν, huic autem dolor acutus mentem verberavit abditam: *à* βάθος, εος, τὸ· *in comparat.* βαθύτερος, βαθίων, *et* βάσσων *superl.* βαθύτατος, *et* βάθιστος, θ. 14. ἧχι βάθιστον ὑπὸ χθονός ἐστι βέρεθρον, ubi profundissimum sub terrâ est barathrum.

Αἰγλήεις, ήεσσα, ῆεν, splendidus, fulgens; *in obliquis aliquando patitur crasin, ut in acc.* αἰγλῆντα *pro* αἰγλήεντα· *ab* αἴγλη, ης, ἡ, fulgor, splendor; *hinc* ἀγλαὸς, οῦ, *idem; quod quidam ab* ἀγάλλω, orno, facio, paro, *deducunt; et inde* αἴγλη.

533 'Ανέσταν, assurrexerunt, *Bœot. et per syncop. pro* ἀνέστησαν, 3. *pl. aor.* 2. *ind. act. verbi* ἀνίστημι, surgo, surgere facio.

534 Ἕδος, εος, τὸ, sedes, solum, templum, *aliquando* mora, desidia; *aliquando* simulachrum; *ab* ἕζομαι, sedeo..

Σφὸς, οῦ, *Dor. pro* σφέτερος, έρα, ερον, suus, proprius.

'Εναντίον, *adverb.* in occursum, ex adverso, obviàm; *ab* ἐναντίος, α, ον, adversus; *ab* ἐν *et* ἀντὶ.

Ἔτλη, 3. *sing. aor.* 2. *verbi* τλάω *vel* τλῆμι, *pro* ταλάω, suffero, sustineo, audeo, *fut.* 1. τλήσω, *præt.* τέτληκα, *aor.* 2. ἔτλην.

535 'Επερχόμενον, advenientem, accedentem, *acc. sing. m. part. præs.*

Ἕσταν, steterunt, *Bœot. et per syncop. pro* ἕστησαν, *vel* ἕστασαν, 3. *pl. aor.* 2. *verbi* ἵστημι. *Vide* β. 170.

Ἅπαντες, omnes, *nom. pl. m. ab* ἅπας, ασα, αν.

536 Θρόνος, ου, ὁ, solium, sedes, sella augusta. *metaph.* dignitas; *à* θράω, sedeo.

537 'Αγνοιέω, *metri causâ pro* ἀγνοέω, *f.* ήσω, ignoro; ἠγνοίησεν *per epenth. τοῦ* ι *pro* ἠγνόησεν, 3. *sing. a.* 1. *ab* α *priv. et* νοέω, cogito, in animo verso, video.

Συμφράζειν βουλὰς, consilium ferre; *à* συμφράζω, colloquor, consilium

capio simul; *à* φράζω, dico; *à* φάω, dico, *deducit Eustath. quasi* φάζω, *et epenth. literæ* ρ, φράζω· συμφράσσατο, *Ion. et poët. pro* συνεφράσατο, *3. sing. aor.* 1. *med.*

'Αργυρόπεζος, ου, ὁ καὶ ἡ, argenteos habens pedes, *id est*, argentei co- 538
loris; *per consequens*, candidos, formosos; *à* πέζα, ης, ἡ, malleolus pedis, pes, (*quod quidam deducunt à* πέδον, ου, τὸ, terra, solum; *quidam* παρὰ τὸ ἐν τῷ πέδῳ ἕζεσθαι *vel à* πέζα, fimbria, limbus; ἀργυρόπεζα *dicitur* Thetis, ἡ κόσμον λαμπρὸν (*inquit Eustath.*) περὶ τὰς ὠὰς τοῦ ἱματίου ἔχουσα, quòd habeat fimbrias vestimenti institis argenteis ornatas) *et* ἀργυροῦς, ᾶ, οῦν, argenteus, albus.

Κερτόμιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, cor scindens, opprobrium, maledicentia; κερ- 539
τομίοισι, *Ion. pro* κερτομίοις, *subintellige* ἔπεσι· *à* κῆρ, τὸ, cor, *et* τέμνω, scindo; *quia convitium cor quasi conscindit.*

Δολομήτης, ου, *vel* δολόμητις, εος, ὁ καὶ ἡ, qui dolosè cogitat, vafer, do- 540
losus; *à* δόλος, ου, ὁ, dolus, *et* μῆτις, ιδος, ἡ, consilium.

'Απὸ——ἐόντα, *per tmesin pro* ἀπόντα, *accus. sing. m. ab* ἄπειμι. 541

Κρυπτάδιος, ία, ιον, clandestinus; *à* κρύπτω, abscondo. 542

Δικαζέμεν, *Ion. pro* δικάζειν, determinare, judicare, statuere; *à* δίκη, ης, ἡ, jus. *Arist. deducit* δίκαιον ἀπὸ τοῦ δίχα, *quasi* δίχαιον, *quòd in duas æquales partes rem scindat; Plato verò putat dici quasi* δίαιον, *id est*, διὰ ἰὸν, per omnes res procurrens, *interpositâ literâ* κ.

Τέτληκας, substinuisti, 2. *sing. perf. verbi* τλῆμι. 543

'Επιέλπομαι, spero; ἐπιέλπεο, *Ion. pro* ἐπιέλπου, 2. *sing. præs. imperat.* 545
ab ἔλπομαι, *apud poëtas pro* ἐλπίζω, *idem; ab* ἐλπὶς, ίδος, ἡ, spes, *ab* ἔλδω, cupio, *et* πάω, possideo.

Χαλεπὸς, ἡ, ὸν, perniciosus, molestus, difficilis; *à* χαλέπτω, damno 546
afficio: *quod, secundum Martinium, à* χολὴ, ῆς, ἡ, bilis.

'Επιεικὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, consentaneus, decens; ἐπιεικὲς, *subintelligitur* 547
ἐστὶ, decet, par est, æquum est, *ab* εἴκω, *cujus præt. med.* ἔοικε, *impersonaliter sumptum, sæpè exponitur*, æquum est.

'Ακούω, audio, *fut.* ἀκούσω, *perf.* ἤκουκα, *aor.* 2. ἤκοον· ἀκουέμεν, *Ion. pro* ἀκούειν, *præs. inf. ab* ἀκὴ, ῆς, ἡ, acies: *acutus enim est sensus audiendi, inquit Martinius.*

Εἴσεται, *3. sing. fut. med. ab* εἴδω, scio. 548

Ἕκαστος, άστη, αστον, singuli; *ab* ἑκὰς, procul, *ut sint tam ii procul* 550
absunt, quàm ii in propinquo, Harmar.

Διείρεο, interroga, *Ion. pro* διείρου, 2. *s. præs. imperat. verbi* διείρομαι.

Μεταλλάω, *fut.* ήσω, scrutor, inquiro diligenter, exquiro, percontor. *Metaph. sumpta à metallorum scrutatione, quâ nihil* περιεργότερον, *inquit Eustath. à* μέταλλον, ου, τὸ, metallum, *quod à* μετὰ, *et* ἄλλος, *quia in iisdem venis diversa metalla diversantur*, Harm. *vel, quia adinvenitur et eruitur* ἄλλο μετ' ἄλλο, *sc. effodiendo: vel*, διὰ τὸ μετὰ τὰ ἄλλα πάντα ἐπινοηθῆναι, *Eustath. ubicunque una inventa vena est, non procul invenitur alia.*

Βοῶπις, ώπιδος, ἡ, quæ habet bovinos oculos, *id est*, nigros et rotun- 551
dos, *ideoque* venustos; *à* βοῦς. *Eustath. scribit Junonem ita dictam*, ἀπὸ τῆς βοῆς διὰ τοὺς ἀερίους ἤχους, *à clamore vel sonitu quem aër edit. Juno enim elementum aëris esse putabatur, igitur mytholog. hinc Juno fingitur tantùm semper litigando delectari.*

552 Κρονίδης, ου, ὁ, Saturni filius, *præcipuè* Jupiter : *à* χρόνος.
553 Λίην, *Ion. pro* λίαν, valde, admodum.
554 Εὔκηλος, ου, ὁ καὶ ἡ, quietus, mitis, *pro* ἕκηλος, *addito* υ *Æol.* ἕκηλος, *autem ab* εἴκω, cedo ; *nam qui cedit* ἡσυχάζει.

Φράζομαι, intelligo, video, considero, consilium ineo ; φράζεαι, *Ion. pro* φράζῃ, 2. *sing. præs. pass. à* φράζω, dico.

῞Ασσα, quæcunque ; *et Att.* ἅττα· ἅττα *significat* aliqua, quædam ; *ab* ἃ *et* σὰ, *Megarensium linguâ significante* τινά· ἄττα *etiam est vox, quâ juniores compellant senes, quasi*, pater ; ι. 603. φοῖνιξ, ἄττα, γεραιέ.

᾿Εθέλῃσθα, *poëtica paragoge pro* ἐθέλῃς, velis, 2. *sing. præs. subj. verbi* ἐθέλω, volo.

555 Δείδοικα, valdè timeo, *primæ syllabæ ectasi poëticâ, pro* δέδοικα, *perf. med. verbi* δείδω.

Παρείπω, moneo, seduco : παρείπῃ, 3. *sing. præs. subj. sed propriè*, alloquor : *exponitur et* decipio.

556 ᾿Αλίοιο, *pro* ἁλίου, *ab* ἅλιος, ία, ιον, marinus, *ab* ἅλς, ἁλὸς, ἡ, mare ; ἅλιος γέρων, Proteus. *Vid.* δ. 26.

558 ῎Ετυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, verus, *et anadipl.* ἐτήτυμος· ἔτυμον *et* ἐτήτυμον *neutra, usurpantur adverbialiter, pro* verè, certè, revera ; *hinc* τὸ ἔτυμον, *et* ἐτυμολογία, ας, ἡ, vera origo vocabuli, veraque aut verisimilis originis ratio : ἔτυμος *derivatur ab* ἐτὸς, ἡ, ὸν, verus, *quod ab* εἰμὶ, *sicut* θετὸς, ἡ, ὸν, *à* τίθημι.

561 Δαιμόνιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, divinus, beatus, augustus, admirandus ; *et aliquando in malam partem, pro* infelix, miserandus, *ut hìc ;* δαιμονίη, *inquit interp. id est*, κακὴ κεφαλὴ, *à* δαίμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Deus, numen, genius prudens, *ante*.

᾿Οΐεαι, *Ion. pro* οἴῃ, putas, suspicaris, 2. *sing. præs. ind. verbi* οἴομαι.
562 Πρῆξαι, *Ion. pro* πρᾶξαι, *aor.* 1. *inf. verbi* πράττω.
563 ῎Εσεαι, eris, *Ion. pro* ἔσῃ, 2. *sing. fut. verbi* εἰμί.
564 Μέλλω, *cum infin. significat* sum. *Infinitivus autem futuro participio exponitur :* ἐμοὶ μέλλει φίλον εἶναι, mihi placebit, β. 36. ἅ ῥ' οὐ τελέεσθαι ἔμελλε, quæ non erant eventura, exitum habitura ; *aliquando significat* debet, β. 116. οὕτω που Διῒ μέλλει ὑπερμενέϊ φίλον εἶναι, sic Jovi debet placere ; *aliquando* potest, σ. 362. καὶ μὲν δή πού τις μέλλει βροτὸς ἀνδρὶ τελέσσαι, vel aliquis sanè potuerit homo homini perficere ; *exponitur etiam* paro, cunctor, differo : *fut.* μελλήσω, *tanquam à* μελλέω.
565 Κάθησο, sedeto, 2. *sing. imperat. præs. verbi* κάθημαι.
567 ῎Αaπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui tangi non potest ; *vel*, cui quis nocere nequit ; *ex consequente*, fortis : *si priorem habeat significationem, derivatur ab* α *priv. et* ἅπτομαι, attingo, apprehendo, capesso ; *si posteriorem, ab* ἰάπτω, noceo, *quod ab* ἴψ, ἰπὸς, ὁ, vermis ligna corrodens · ἄαπτος, *ellipsi* τοῦ ι, *pro* ἀΐαπτος· *potest etiam* α *accipi* ἐπιτατικῶς, *et tunc significat eum, qui aliis infert mala*, invictus.

᾿Εφείω, *poët. pro* ἐφῶ, *resoluto* ω *circumflexo in* έω, *deinde metri causâ interjecto* ι, 1. *sing. aor.* 2. *sub. act. ab* ἐφίημι, omitto, injicio.
569 Καθῆστο, sedebat, 3. *sing. plusq. perf. pass. verbi* καθέζομαι, *perf.* -ησμαι, *plusq. perf.* -ήσμην, ῆσσο, ῆστο· *vel poët. pro* καθῆτο, *Ion. pro* ἐκάθητο, 3. *sing. imperf. verbi* κάθημαι.

Γνάμπτω, *fut.* ψω, inflecto, deprimo, persuadeo, domo ; ἐπιγνάμψασα, *nom. fœm. part. aor.* 1. *à* κάμπτω, *idem ; hinc* ἐπικάμπτω, persuadeo, animum ad alicujus voluntatem inclino.

Ὤχθησαν, molestè tulerunt, 3. *plur. aor.* 1. *verbi* ὀχθέω. 570

Οὐρανίων, ωνος, ὁ, cœlicola ; *ab* οὐρανὸς, οῦ, ὁ, cœlum.

Ἥφαιστος, ου, ὁ, Vulcanus, *ita dicitur ab* ἅπτω, tango ; ὅτι αὐτοῦ οὐκ 571
ἔστιν ἅψεσθαι, non eum licet tangere ; *accipitur pro igni.*

Κλυτοτέχνης, ου, ὁ, inclytus artifex ; *à* κλυτὸς, ἡ, ὸν, inclytus, *et* τέχνη, ης, ἡ, artificium ; *hinc* τεχνάομαι, fabricor, arte conficio, aliquid dolosè machinor, *seu* molior.

Ἐπίηρος, ου, ὁ καὶ ἡ, gratus, desiderabilis ; *per syncop. pro* ἐπιήρανος, 572
idem ; in plurali τὰ ἐπίηρα, *ut hìc ; ab* ἐράω, diligo, desidero, *verso* ε *in* η, ἐπίηρα φέρειν, gratificari.

Ἀνεκτὸς, ἡ, ὸν, tolerabilis, tolerandus, ferendus ; *ab* ἀνέχω, tolero. 573

Ἐριδαίνω, contendo ; ἐριδαίνετον, 2. *dual. ind. præs. ab* ἔρις, ιδος, ἡ, con- 574
tentio.

Κολοιὸς, οῦ, ὁ, graculus ; *hinc* κολοιάω, graculorum more vocem edo ; 575
κολωὸς, οῦ, ὁ, strepitus, tumultus, turbatio. *Metaph.* ἀπὸ τῶν κολοιῶν, *id est*, à graculis ; *quippe aves quæ gregatim volare solent magno cum garritu, strepituque ; hinc* κολωάω, tumultuor.

Ἦδος, τὸ, jucunditas, voluptas, *cum leni Æol. pro aspirat. est inde-* 576
clinabile ; ab ἡδὺς, εῖα, ὺ, suavis ; ἧδος, εος, τὸ, *cum aspirat.* acetum *significat.*

Παράφημι, persuadeo, hortor. 577

Νοεούσῃ, intelligenti, *dat. sing. fœm. part.* νοέων, *à* νοέω.

Νεικείῃσι, *pro* νεικέῃ, 3. *sing. præs. subj.* νεικέῃσι, *metri causâ,* νεικείῃσι. 579

Ταράσσω, *seu* ταράττω, *f.* ξω, commoveo, turbo : *per tmesin pro* συνταράξῃ, 3. *sing. aor.* 1. *subj. propriè dicitur de aquâ, cùm limum in eâ commovemus* ; *à* ῥάσσω, pulso, dejicio, frango ; *hinc* ἀράσσω, pulso, *et præponendo* τ, ταράσσω.

Ἀστεροπητὴς, οῦ, ὁ, fulgurum auctor ; *ab* ἀστεροπὴ, ῆς, ἡ, fulgur, *poët.* 580
pro ἀστραπὴ, *et hoc ab* ἀστράπτω, fulguro, *quasi* ἄστρα ἰάπτω, *ab* ἀστὴρ, ερος, ὁ, *sive*, ἄστρον, ου, τὸ, astrum, *et* ἰάπτω, mitto. Παρὰ τὸ ἀστέρας ἰάπτειν *(inquit Eustath.)*, *id est*, ἀστεροειδεῖς θέας πέμπειν, emittere fulgorem instar astri. *Sunt qui* ἀστεροπὴ *factum dicunt à* στεροπὴ, *idem ; hoc autem* παρὰ τὸ στερεῖν τοὺς ὦπας τοῦ ὁρᾷν, quòd oculos visu spoliat ; *vel*, παρὰ τὸ ἀναστρέφειν ποιεῖν τοὺς ὦπας, quòd avertere cogat oculos.

Στυφελίζω, *fut.* ξω, asperè tracto, depello, everto, quatio, agito, dis- 581
jicio, deturbo ; *à* στυφελὸς, ἡ, ὸν, durus, asper ; *quod à* στύφω, astringo : *quòd quæ astringuntur et inspissantur, soleant indurari.*

Φέρτατος, άτη, ατον, præstantissimus, *superl.* τοῦ ἀγαθὸς, *à* φέρω.

Καθάπτεσθαι, *infin. pro imperat. more Attico ;* καθάπτομαι, tango ani- 582
mum dictis ; *item* mulceo ; καθαπτικοὶ λόγοι, mordacia dicta.

Μαλακὸς, ἡ, ὸν, mollis, mitis, placidus, indulgens : à μαλάσσω, *fut.* ξω, mollio.

Ἵλαος, ου, ὁ καὶ ἡ, placidus, propitius, benignus, clemens ; *ab* ἱλάομαι, 583
fut. άσομαι, placo.

584 Ἀναΐσσω, *fut.* ξω, sursum ruo, surgo ; ἀναΐξας, *aor.* 1. *part. ab* ἀνὰ, *et* ἀΐσσω, ruo, cum impetu feror.

Ἀμφικύπελλον, ου, τὸ, poculum utrinque ansatum, *vel* labia introrsus inflexa habens: *quidam exponunt poculum geminum, ut Gaza ex Aristotele annotat: ubi ait ille cellulas favorum esse geminas, ut sunt* ἀμφικύπελλα, *ab* ἀμφὶ, *in compositione,* utrinque, circum, *et* κύπελλον, ου, τὸ, cyathus ; *sic dictum* ἀπὸ τῆς κυφότητος, ob concavitatem *vel* curvitatem, *à secundo aor. verbi* κύπτω, *fut.* ψω, pronus sum, inclino caput. *Sunt qui dici referunt quasi* χύπελλον, ἀπὸ τοῦ χέειν εἰς αὐτὸ πηλὸν, *id est,* vinum. *Nota,* δέπας *semper cum* ἀμφικύπελλον adjungi.

585 Τίθει, 3. *sing. imperf. pro* ἐτίθει, *et Attic.* ἐτίθη, *transumpta ab inusitato* τιθέω.

586 Τέτλαθι, *præs. imperat. à* τέτλημι, *à* τλάω ; *sunt tamen qui aor. 2. esse dicunt, habereque anadiplasiasmum Ionicum, pro* τλὰ, *et* τλάθι *legitur et* τέτλα *pro* τέτλαθι.

587 Ὀφθαλμὸς, οῦ, ὁ, oculus, *quasi* ὀπταλμός· *ab* ὄπτομαι, video, *et* ἅλλομαι, salio ; δι' οὗ ἅλλεται τὸ ὁρατικὸν, in quo visus salit, *aut* ex quo salit visio ; *vel quasi* ὀπῶν θάλαμος, *per syncop.*

588 Θεινομένην, cæsam, *acc. sing. fœm. part. præs. pass. verbi* θείνω.

589 Ἀργαλέος, έα, έον, molestus, difficilis, *pro* ἀλγαλέος, ρ *pro* λ *Attic. ab* ἄλγος, εος, τὸ, *vel quasi* ἐργαλέος, *ab* ἔργον, opus.

Ἀντιφέρομαι, resisto, obviàm me fero, occurro in certamine, repugno.

590 Ἄλλοτ', *pro* ἄλλοτε, aliàs, alio tempore.

Ἀλέξω, arceo, adjuvo, opem fero ; *tempora sumit ab* ἀλεξέω· *fit ex fut.* 1. ἄλξω, *interjiciendo* ε, *ab* ἄλκω, *inusit. quod ab* ἀλκὴ, ῆς, ἡ, robur ; *sed* ἀλέγω, *fut.* ξω, curam gero ; ἀλεξέμεναι, *Dor. pro* ἀλέξειν.

Μάω, paro, cupio, quæro, *præt* μέμακα, *per syncop.* μέμαα, *hinc partic.* μεμαὼς, υῖα, ὸς, *hinc etiam* μέμαμεν, ι. 638. *pro* μεμάκαμεν, *et* μέμασαν, β. 863. *pro* μεμήκεισαν, *vel* μεμάκεσαν.

591 Ῥίπτω, *fut.* ψω, projicio, præcipitem do ; *à* ῥέπω, vergo.

Τάζω, prehendo, capio, tendo, extendo ; *venit à* τείνω· *hinc aor.* 2. ἔταγον, *et reduplicat.* τέταγον, *partic.* τεταγὼν *pro* ταγών. *Poëtæ nonnunquam perfecti augmentum reliquis cujusvis modi temporibus, maximè verò aor. tribuunt.* ποδὸς *regitur à participio* τεταγὼν, *Dunbar. Coll. Græc. Min. p.* 164.

Βηλὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, limen domûs ; *à* βάω, *et* λίαν, *quòd per limina sæpiùs eatur,* Harm. *sed* βέλος, εος, τὸ, *cum* ε, telum, *à* βάλλω.

Θεσπέσιος, ου, ὁ καὶ ἡ, divinus, magnus, mirificus ; ἐκ θεοῦ πεσών· *vel* ὃν θεὸς ἂν ἐνίσποι· *à* θέσπις, ιος, ὁ καὶ ἡ, vaticinus, divinus, *à* θεὸς, *et* ἕσπω, *poëtic. pro* ἕπω· *hinc* θεσπίζω, vaticinor.

592 Ἦμαρ, ατος, τὸ, dies, *poët. pro* ἡμέρα, *quod deducitur ab* ἥμερος, ου, ὁ καὶ ἡ, suavis, *ad differentiam noctis quæ horrida et immitis est ; vel* ἀπὸ τοῦ ἱμείρειν, *quasi* ἱμέρα, *quòd eam maximè homines desiderent ; vel quasi* ἅμα ἕῳ ῥέουσα, simul cum aurorâ fluens ; *hinc* σήμερον, η. 30.

593 Κάππεσον, *Æol. syncope pro* κατέπεσον, *aor. 2. verbi* καταπίπτω, *poët. rejecto* α, *et mutato* τ *in literam sequentem, euphoniæ gratiâ.*

Ἐνῆεν, *poët. pro* ἐνῆν, *ab* ἦν, 3. *sing. imperf. verbi* εἰμὶ, *Ion.* ἔα· *poëticâ ectasi,* ἦα, ἦες, ἦε.

Κομίζω. *fut.* σω, curam gero, habeo, capio, recipio, excipio; *item* 594
gesto, veho, porto; *κομίζομαι, voce mediâ, idem; κομίσαντο pro ἐκομίσαντο, 3. plur. aor. 1. à κομέω,* curam gero.

Μειδάω, *vel μειδέω, fut.* ήσω, rideo, subrideo; *μείδησεν pro ἐμείδησεν,* 3. 595
sing. aor. 1. à nomine μεῖον, quod de minore et leniore risu quàm γελᾷν vel à μεῖον, et ὀδοὺς, dens; *quòd subrisione dentes parum nudentur,* Harm.

Οἰνοχοέω *et* οἰνοχεύω, vinum infundo, potum ministro, pincernæ mu- 598
nere fungor; *ᾠνοχόει, 3. sing. imperf. ab οἰνοχόος, ου, ὁ,* pincerna; *quod ab οἶνος, ου, ὁ,* vinum, *et χέω,* fundo; *οἰνοχοεῖσθαι autem dicuntur convivæ, à ministris vinum accipientes.*

Νέκταρ, ρος, τὸ, *vini genus, compositum ex favis et floribus odoratis, ex quo poëtæ finxêre deos bibisse; à νὲ, et κτῶ,* occido, *inquit Martin. quòd diis immortalem vitam suppeditet; sed Harmarus annotat, ex Suida, dici quasi νέον κτέαρ,* nova possessio; *juventutem enim ætate deperditam restituit.*

'Αφύσσων, ουσα, ον, hauriens, *part. præs. verbi ἀφύσσω.*

῎Ασβεστος, ου, ὁ καὶ ἡ, *vel ἄσβεστος, η, ον,* inextinguibilis, immensus; 599
ab α privat. et σβεννύω, sive σβέννυμι, extinguo: *tempora sumit à σβέω.*

'Ενῶρτο, excitatus est, 3. *sing. plusq. passivi; ὤρμην, ὦρσο ab ἐνόρω.*

Γέλως, ὁ, risus; *genit. γέλωτος vel γέλως, dativ. γέλω, unde in dat. Odyss. σ. 99. γέλω ἔκθανον, et in accus. Odyss. σ. 349. γέλων ἑτάροισιν ἔτευξεν à γελάω,* rideo; *quod ab ἕλη, ης, ἡ, id est,* calor; *è caloris enim copiâ risus profluit, ad quod etymon alludit Homerus hoc in loco, ubi dicit ἄσβεστος γέλως,* major risus, quàm extingui potest: *sumpta metaph. ab igne; Martinius deducit à γέλα,* splendor solis; *quòd risus sit serenitati similis.*

Ποιπνύω, *et ποιπνεύω,* aliquid sedulò ago, satago, valde occupor, mi- 600
nistro; *ἀπὸ τοῦ ποιεῖν, et πνεύειν, nam qui satagit, et properanter opus facit, anhelat; hinc ποιπνὸς, οῦ, ὁ,* minister, famulus. *ποιπνύοντα, Angl.* hobbling *or* bustling about, *acc. sing. m. part. præs. Vid. Sam. Clarke, et Dunbar. Collect. Min. Not. in loc.*

Πρόπας, ασα, αν, totus; *à præpositione πρὸ, et πᾶς,* omnis, universus. 601

Φόρμιγξ, γγος, ἡ, cithara; *deducit Eustath. παρὰ τὸ φροίμιον, quod per* 603
syncopen dicitur pro προοίμιον, propriè, præcentio. *Etym. dici tradit quasi προοίμιγξ· παρὰ τὸ προηχεῖσθαι τῆς οἴμης, primò enim solitus est Apollo citharam pulsare, deinde musarum cantus, vel carmina sunt subsecuta. Harmarus autem à φέρω, et ὦμος, ου, ὁ, quia humeris fertur; fortasse à φέρω, et μηνίζω, quòd musica, lætitiæ comes, dolorem et iram avertat.*

Μοῦσα, ης, ἡ, musa, dea cantûs; *à μάω,* quæro; *quoniam est πά-* 604
σης παιδείας αἰτία. Plutarchus dici putat ab amore mutuo, quem inter se exercebant, quasi ὁμοῦ δι' εὔνοιαν ἀεὶ καὶ φιλαδελφίαν οὔσας· alii quasi ὁμοιούσας, quòd uno nexu omnes disciplinæ teneantur. Eustath. à μυεῖν, docere.

Λαμπρὸς, ρὰ, ρὸν, splendidus; *à λάμπω, fut.* ψω, splendeo. 605

Φάος, εος, τὸ, lux, lumen: *quod contractum est φῶς, φωτὸς, τὸ, à φάω,* luceo; *φὼς, ὁ,* vir, *apud poëtas.*

Καккείω, dormiturio, *magis somni cupiditas, quàm tempus hoc verbo* 606

significatur, quod verbis in είω est familiare; pro κατακείω ab antiquo verbo κέω, pro κεῖμαι, jaceo ; *hinc κακκείων, ουσα, ον,* dormiturus.

607 Ἧχι, *et* ἧπερ, quomodo, ubi, *pro* ᾗ, *idem: ab* ὅς, ἥ, ὅ, qui, quæ, quod.

Ἀμφιγυήεις, ήεσσα, ῆεν, utrinque claudus, *id est,* utroque pede ; *à* γυιὸς, ἡ, ὸν, claudus, *quod est à* γυῖον, ου, τὸ, membrum, *γ.* 34. *in plur. propriè,* pedes ; *ἀμφιγυήεις, epitheton Vulcani apud Homer. qui claudus fuit, ex quo ob deformitatem à parentibus cœlo dejectus est.*

608 Εἰδυίῃσι, scientibus, sapientibus, *Ion. pro* εἰδυίαις, *dat. plur. fœm. part. perf. ab* εἰδέω, εἰδηκὼς, *et per syncop.* εἰδώς.

Πραπὶς, ίδος, ἡ, præcordia ; *item* ratio, mens, solertia, prudentia : *quòd mentis sedes sunt præcordia seu pectus ; sed usurpatur in plurali tantùm.*

610 Κοιμᾶθ' *pro* ἐκοιμᾶτο, cubabat, 3. *sing. imperf. verbi* κοιμάομαι.

Ὕπνος, ου, ὁ, somnus ; *παρὰ τὸ ὑποπνεῖν, quòd dormientes, si sani sint, molliùs et submissiùs ducant spiritus ; alii* παρὰ τὸ λύειν τοὺς πόνους, *quasi* λύπονος· *nam Homer. vocatur,* λύων μελεδήματα θυμοῦ, ψ. 61.

611 Ἔνθα, ἐνθάδε, ubi, ibi, hic, illic.

Εὕδω, dormio, *ab* ἕω, colloco ; *quòd cubantes ad somnum se componant ; vel ab* εὖ, bene ; *et* ἔδω, edo, *qui liberaliùs se cibis invitant, plerumque somnolenti sunt, inquit Harmarus ; in prosâ usurpatur potiùs* καθεύδω. Κάθευδ' *pro* ἐκάθευδε, 3. *sing. imperf.*

Ἀναβὰς, ᾶσα, ὰν, ascendens ; *part. ab* ἔβην, *à* βαίνω.

Παρὰ δὲ, juxta verò.

CLAVIS HOMERICA

IN B'. ILIADIS.

1 Ἱπποκορυστὴς, οῦ, ὁ, galeatus, habens conum ex caudâ equinâ, eques bellicosus, ex equo pugnans ; *ab* ἵππος, ου, ὁ, vel ἡ, equus, (*quod ab* ἵπταμαι, *et* ποῦς, *quòd pedibus sit volucribus*) *et* κορύσσω, galeâ armo, *item* armo *in genere,* concito, *sic in δ.* 424. *et* 442. *à* κόρυς, υθος, ἡ, galea.

2 Εὗδον *pro* ηὗδον, *ab* εὕδω, dormio. *Vide α.* 611.

Παννύχιος, ία, ιον, per totam noctem ; *à* πᾶς, *et* νὺξ, κτὸς, ἡ, *est etiam* πάννυχα *et* πάννυχος, *κ.* 159. *τί πάννυχον ὕπνον ἀωτεῖς ;*

Νήδυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, dulcis ; *pro* ἥδυμος, *pleonasm.* τοῦ ν, *ab* ἡδὺς, εῖα, ὺ, suavis, *vel* profundus, *unde vix emergere vel excitari possis : à* νὴ *privat. et* δύω, emergo, ingredior, induo, *à* δύνω, *idem.*

Μερμήριζε, cogitabat, *Ion. pro* ἐμερμήριζε, 3. *sing. imperf. ind. verbi* 3
μερμηρίζω, *f.* ξω.

Πολὺς, πολλὴ, πολὺ, multus, frequens. *Genitivus* πολλοῦ, *irregulariter* 4
formatur, tanquam à πολλὸς· *sed poëtæ aliquando regulariter formant,*
πολέος· *sic etiam nom. plur.* πολέες, πολεῖς· *gen.* πολέων, *et accus.* πολέας,
πολεῖς. *Vide a.* 3.

Βάσκω, *apud poëtas pro* βαίνω, vado ; βάσκ' ἴθι, *id est*, vade, accelera : 8
à βάω, *inusit.*

Ἀτρεκέως, *Ion. pro* ἀτρεκῶς, verè, *ab* ἀτρεκὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, verus, *ab* α 10
privat. et τρέω, timeo : *quia qui verè dicit, non timet ; vel à* τρέχω, cur-
ro, *ut sit*, ὁ μὴ παρατρέχων τὴν ἀλήθειαν, qui non veritatem transgredi-
tur. *Iones adverbiis derivatis ab adjectivis primæ declinationis contrac-
torum ponunt* ε *ante* ως.

Ἕ, ipsum ; *ab* οὗ, sui. 11

Κελεύω, *f.* σω, jubeo, hortor ; *à* κέλω, *idem.*

Καρηκομάω, caput comatum habeo ; *à* κάρη, τὸ, *indecl.* caput, *et* κο-
μάω, comam nutrio ; *quod à* κόμη, ης, ἡ, coma, cæsaries culta.

Πανσυδίη, omni impetu, festinantissimè ; *vel* cum toto exercitu, παν- 12
στρατί· *à* σεύω, concito, impello.

Εὐρυάγυιος, ία, ον, latas vias habens, lativius ; *ab* ἀγυιὰ, ας, ἡ, vicus,
via *pro vico, quod ab* ἄγω, duco ; *vel secundum Hesych.* ἀπὸ τοῦ δι' αὐ-
τῆς ἄγειν ἡμᾶς τὰ γυῖα, quòd per eam membra ducamus, *id est*, eamus.
Secundum Suidam, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν πῶς γυῖα καὶ κάμψεις, quòd non
habeat membra neque flexus, *id est*, aufractus.

Ἀμφὶς, utrinque, sine, seorsum, diversè, *ut hìc ; ab* ἀμφί. 13

Ἐφάπτομαι, attingo, capesso, pertineo, impendeo. *Attic. pass. pro* 15
activ. et contra : sic nomin. pro vocat. et contra ; sic superl. pro compar.
et contra : ἐφῆπται, *præt. pass. ab* ἐπὶ, *et* ἅπτω, necto, *fut.* ἅψω, *præt.*
ηφα, *aor.* 2. ἧφον, *pret. med.* ἧφα, *pass.* ἧμμαι, *aor.* 1. ἥφθην.

Κιχάνω, *à* κιχέω, invenio, ἐκίχανεν, 3. *sing. imperf.* 18

Χύω, fundo, *fut.* χύσω, *præt.* κέκυχα, *præt. pass.* κέχυμαι, *aor.* 1. ἐχύ- 19
θην· κέχυθ' *pro* ἐκέχυτο, 3. *sing. plusq. pass. à* χέω, *idem.*

Νηλήϊος, α, ον, *possessivum à* Νηλεὺς, Neleus, *nom. propr. viri.* 20

Τῖ', honorabat, *pro* ἔτιε, 3. *sing. imperf. ind. verbi* τίω. 21

Ἐεισάμενος, *Attic. pro* εἰσάμενος, η, ον, *ex* εἰσάμην, similis fui, *aor.* 1. 22
med. τοῦ εἴδω.

Θεῖος, θεία, θεῖον, divinus ; *à* θεὸς, οῦ, ὁ, deus ; *contract. ex* θέειος, *seu*
θέϊος.

Δαΐφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, bellicosus, in bello prudens ; *à* δάϊος, ΐα, ον, 23
hostilis, *vel* prudens ; *à* δαίω, uro, *vel* disco, *et* φρὴν, ενὸς, ἡ, mens.

Ἱπποδάμος, ου, ὁ καὶ ἡ, equorum domitor ; *ab* ἵππος, *et* δαμάω, domo.

Ἐπιτρέπω, committo, curæ trado. *Sed* ἐπιτρέφω, nutrio : ἐπιτετράφα- 25
ται, 3. *plur. perf. Ion. pro* ἐπιτετραμμένοι εἰσί.

Μέμηλα, curæ sum, *præt. med. à* μέλει, *per ectasin pro* μέμολα, *aut*
per syncopen pro μεμέληκα, *præt. activ. hinc* μεμήλει, curæ erat, *infrà*
614, *et* μεμηλὼς, υῖα, ὸς, curans ; πλούτοιο μεμηλὼς, ε. 708. *quod ali-*
quando qui curæ est.

Ξύνες, 2. *sing. aor.* 2. *act. imper. à* ξυνίημι, *communiter per* σ, σύνες. 26

27 Ἄνευθεν, procul, remotè; *legitur cum genit. ut* π. 89. ἄνευθεν ἐμοῖο, sine me; ab ἄνευ.

Ἐλεαίρω, misereor, *idem quod* ἐλεέω, *poët. ab* ἔλεος, ου, ὁ, *vel* εος, ους, misericordia; *hinc* ἐλεῶ, misereor.

33 Ληθὴ, ῆς, ἡ, oblivio; *à* λήθω, *suprà.*

34 Μελίφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, dulcia sapiens, jucundus, dulcis, mellitus: *hìc epitheton somni; vini,* ζ. 264. οἶνον μελίφρονα. θ. 188. μελίφρονα πυρὸν, suave triticum, *id est,* τίφην, commodissimum equorum pabulum. *Odyss.* ω. 486. σίτοιο μελίφρονος, cibus dulcis; *à* τὸ μέλι, mel, *et* φρὴν, ενὸς, ἡ, mens.

Ἀνήω, *Atticè pro* ἀνείω, *poët. pro* ἀνέω, *Ionic. pro* ἀνῶ· *communiter, aor.* 2. *subj. ab* ἀνίημι, remitto, manu emitto, dimitto.

37 Φῆ *pro* ἔφη, *aor.* 2. *à* φημὶ, *hìc,* puto.

Κεῖνος *pro* ἐκεῖνος, *poët. et Æol.*

38 Νήπιος, ίου, ὁ, imbecillis *et* infirmus, *adject. Si ad ætatem referatur,* parvulus *et* infans; *etiam de brutis: si ad animum, significat* stultum, insipientem, *ut hìc,* dementem; *à* νὴ, *privat. et* ἔπω, dico, qui loqui non possit; *sed* ἤπιος, ία, ιον, blandus, mitis, placidus, humanus, δ. 218.

Ἤδη, *Att. pro* ᾔδεε, *Ion. quod est pro* ᾔδει, 3. *pers. plusq. med. verbi* εἴδω, scio: *est etiam* ᾔδη *Att. pro* ᾔδεα, *quod Ion. pro* ᾔδειν, 1. *persona sing.*

39 Στοναχὴ, ῆς, ἡ, gemitus: *quod à* στόνος, ου, ὁ, *hoc autem à* στενὸς, ἡ, ὸν, angustus, arctus.

40 Ὑσμίνη, ης, ἡ, pugna, bellum, *ab* ὑπομένω, sustineo, tolero: *quòd pugna et insultus hostium sustineatur, pro quo dicitur etiam* ὑσμῖνι, β. 863. μέμασαν ὑσμῖνι μάχεσθαι· *hinc etiam adverb.* β. 477. ὑσμίνην δ' ἴεναι, ut ad prælium irent.

41 Ἐγείρω, excito, suscito, expergefacio; *Angl.* to excite, raise up, rouse; ἐγείρομαι, *pass.* excitor; *sed plerumque patitur syncop.* ἔγρομαι, *unde* ἔγρετο, *pro* ἐγείρετο, 3. *sing. imperf.*

Ἀμφέχυτο *pro* ἀμφικέχυτο, circumfusus erat, 3. *sing. plusquamperf. pass. dempto augmento; ab* ἀμφιχέω.

Ὀμφὴ, ῆς, ἡ, *propriè,* divina vox, vaticinium; *ab* ὢν, οὖσα, ὂν, *et* φημὶ, *quasi* ἡ τὸ ὂν φαίνουσα, aperiens id quod est, veritatem prodens: *est etiam* fama, somniorum visio; *hinc* ὀμφήεις, εσσα, εν, εντος, vaticinans, vates.

42 Ὀρθόω, *f.* ώσω, dirigo, erigo, attollo; ὀρθοῦμαι, erigor, *seu* erigo me; *ab* ὀρθὸς, ἡ, ὸν, rectus; ὀρθωθεὶς, εῖσα, ὲν, *part. aor.* 1. *pass.*

Χιτὼν, ῶνος, ὁ, vestis interior, *ut hìc, vel* vestis exterior, *vel* vestis militaris, cui arma superinduuntur; *aliquando* lorica, *vel* vestis quæcunque; *derivatur autem* χιτὼν *à* χέω, fundo: *quoniam* περιχεῖται τῇ σαρκὶ, corpori circumfunditur.

43 Νηγάτεος, ου, ὁ καὶ ἡ, novus, nuper factus: *à* νέος, α, ον, novus, *et* γίνομαι, fio, *quasi* νεηγάτεος, *id est,* νεωστὶ γενόμενος, *inquit Eustath.*

Φᾶρος, εος, τὸ, pallium, vestis exterior, virilis; *aliquando et* fœminea: *in plurali aliquando significat* lintea. *Odyss.* ν. 108. ἔνθα δὲ Νύμφαι

φάρε' *ὑφαίνουσι ἁλιπόρφυρα*, illic Nymphæ texunt lintea cærulea; *idem χλαμὺς, ύδος, ἡ*, vestis quæcunque exterior.

'Υπαὶ, *poët. pro ὑπὸ, ut et παραὶ pro παρά· hìc cum dativo, aliquando* 44
cum genit. aliquando cum accus. vel ὑπαὶ, hìc per tmesin, pro ὑποδήσατο, 3. *sing. aor.* 1. *med.*

Λιπαρὸς, ά, ὸν, unctus, pinguis; *à λίπος, εος, τὸ*, pinguedo; *est etiam λιπαρὸς*, maturus, formosus, lautus, splendidus; *à λίαν, et πῖος, εος, τὸ*, pinguedo.

Πέδιλον, ου, τὸ, talare, pedis vinculum, calceus; *παρὰ τὸ περιειλεῖσθαι αὐτὰ τοῖς ποσίν· secundum illud Virg.* pedum circumdat vincula plantis; *unde Eustath. annotat, olim cum diphthongo scriptum fuisse πέδειλον.*

'Αργυρόηλος, ου, ὁ καὶ ἡ, argenteos habens clavos; *ἀργυροῖς ἥλοις διαπε-* 45
παρμένος, argenteis clavis distinctus; *ab ἧλος, ου, ὁ*, clavus.

Πατρώϊος, α, ον, paternus; *Ionicè affigitur ι, quod Attici subscribunt;* 46
πατρῷος, ῴα, ῷον, idem.

Ἄφθιτος, ου, ὁ καὶ ἡ, incorruptus, corruptioni minimè obnoxius; *item* immortalis, æternus; *ab α priv. et φθίνω*, corrumpo.

Προσεβήσατο, conscendit, 3. *sing. aor.* 1. *med. verbi προσβαίνω.* 48

Φόως, lumen, *pro φῶς, per pleonasmum literæ ο· à φάω*, luceo. 49

Λιγύφθογγος, ου, ὁ καὶ ἡ, clamosus, argutam vocem edens; *à λιγὺς* 50
εῖα, ὺ, sonorus, *et φθέγγω*, sono, loquor, vocem edo.

Κηρύσσω, *fut. ξω*, præconem ago, per præconem jubeo, præconio vo- 51
co *aut* convoco.

Ἵζω, sedere facio, struo, constituo, colloco, considere facio, ut *hìc;* 53
aliquando neutraliter, sedeo: *ab ἕζω, verso ε in ι.*

Συγκαλέω, *fut. έσω*, convoco; *à καλέω.* 55

Πυκινὸς, νὴ, νὸν, prudens, astutus, *ut hìc; aliquando* densus, *δ.* 281. *πυκιναὶ κίνυντο φάλαγγες*, densæ movebantur phalanges; *fit ex πυκνὸς (interjecta ι), idem, quod ex πύκα (quasi πυκανὸς)*, densè, spissè, accuratè, affabrè; *hinc πυκάζω*, tego, denso, munio.

'Αρτύνω *vel ἀρτύω*, apparo, instruo, condio; *ἀρτύνομαι*, apparor, *vel* apparo, *ut hìc: ab ἄρω*, apto; *ἠρτύνετο*, 3. *sing. imperf.*

'Ενύπνιον, ου, τὸ, insomnium, quod se dormienti obtulit; *accipitur* 56
etiam adverbialiter, per somnum, in somnis, *ut hìc; ab ὕπνος, ου, ὁ*, somnus.

Εἶδος, εος, τὸ, facies, species, figura, *ut hìc; aliquando* forma, pulchri- 58
tudo: *ab εἴδω.*

Μέγεθος, εος, τὸ, magnitudo, proceritas, statura: *à μέγας, άλη, α*, magnus.

Ἄγχιστα, proximè, maximè; *aliquando cum genit. aliquando cum dat. hìc autem sine casu; pro ἄγχιστα dicitur, ξ.* 470. *ἄγχι μάλιστα· hinc ἀγχιστεύω*, sum propinquus, *et ἀγχιστεὺς, έως, ὁ*, cognatus, propinquus: *ab ἄγχι, vel ἀγχοῦ, adverb.* prope, juxta: *quod etiam regit genit. et dativum.*

'Εῴκει, *pro ἐοίκει*, simillimus erat, 3. *s. plusq. m. verbi εἴκω*, similis sum: *sic ἐώλπειν, pro ἐόλπειν, ab ἔλπω· et ἐώργειν, pro ἐόργειν, ab ἔργω, quia omnia assumunt aliquid augmenti præter augmentum præteriti,*

ut sic scriberentur ἠοίκειν, ἠόλπειν, ἠόργειν· *sed poëticâ licentiâ hoc augmentum transfertur è primâ in secundam syllabam.*

74 Ὠχόμην, ου, ετο, *aor.* 2. *med. verbi* οἴχομαι.

Ἀποπτάμενος, η, ον, *part. aor.* 2. *med. ab* ἀπεπτάμην, *præs.* ἀφίπταμαι· *ab* ἀπὸ *et* ἵπταμαι (*quod à* πτάω, *idem*), *ut* ἵσταμαι, *aor.* 2. ἐστάμην, *part.* στάμενος· ἵπταμαι, volo; ἀφίπταμαι, avolo, evolo: *sæpè dicuntur ambo de iis, quæ cito cursu avium more feruntur; est etiam* ἔπτην *in activâ, quasi ab* ἵπτημι.

73 Πειρήσομαι, tentabo, *fut. med. verbi* πειράω.

74 Πολυκλήϊς, ἴδος, ὁ καὶ ἡ, *Ion. pro* πολυκλεὶς, multas habens clausuras, *vel* compages, *seu* sedes; *à* πολὺς, *et* κληῒς, ΐδος, ἡ, *pro* sede nauticâ; *aliquando* clavis, *seu* vectis, *seu quicquid januam clausam continet*; *aliquando pars corporis; à* κλεὶς, κλειδὸς, ἡ, clavis; *hinc* κληΐζω, *fut.* σω, claudo, *à* κλείω, *idem. Eustathius tamen annotat* κληῒς, transtrum, sedes nautica, *derivari à* κλάω, frango: *quia ibi* κλᾶται τὸ σῶμα συγκαμφθέν.

75 Ἄλλοθεν, aliunde; ἄλλοθεν ἄλλος, aliunde alius.

76 Κατ᾽ ἄρ᾽ ἕζετο, considebat, *per tmesin et Ion. pro* ἐκαθέζετο, 3. *sing. imperf. verbi* καθέζομαι.

77 Ἠμαθόεις, όεσσα, όεν, *Ion. pro* ἀμαθόεις, arenosus, *pro* ψαμαθόεις· *ab* ἄμαθος, *pro* ψάμαθος, ου, ἡ, arena, *antè: mascul. pro fœmin. Attic. vel poët.*

79 Ἡγήτωρ, ορος, ὁ, princeps, ductor; *ab* ἡγέομαι: *est etiam* ἡγητὴρ, ῆρος, ὁ, *et* ἡγεμὼν, όνος, ὁ καὶ ἡ, *idem.*

Μέδω, *et* μεδέω, *f.* μεδήσω, præsum et præeo consilio, rego, curo, administro; μέδομαι, *et* μεδέομαι, *f.* μεδήσομαι, curo, cogito, machinor, struo: μέδω *autem à* μήδω, consulo; *bona enim pars regiminis est bene consulere, inquit Harm.*

80 Ἴσπω, *tempora sumit ab* ἔπω· *hinc* ἐνίσπω, dico, *ut hìc; aliquando* objurgo, maledictis offendo; *est etiam* ἐνισπεῖν, *perispomen. Od.* γ. 93. ὄλεθρον ἐνισπεῖν, mortem dicere; *reduplicantur initales literæ, Iliad.* ο. 551. τόν ῥ᾽ Ἕκτωρ ἐνένισπεν, hunc Hector objurgavit; *pro* ἐνίσπω *dicitur* ἐνίσσω, ο. 197. ἐκπάγλοις ἐπέεσσιν ἐνίσσεμεν, asperis verbis increpare; *et* ἐνίπτω, η. 446. ὅστις, ἐπ᾽ ἀθανάτοισι νόον καὶ μῆτιν ἐνίψει, qui ampliùs immortalibus mentem et consilium suum indicabit.

81 Ψεῦδος, εος, τὸ, mendacium: *à* ψεύδω, fallo. *Vid.* ζ. 163.

Φαῖμεν, *pro* φαίημεν, *Attica syncop. aor.* 2. *optat. à* φημί.

Νοσφίζω, separo, *item* privo; *sed in activâ voce non habet Homerus:* νοσφίζομαι, separor, separo me; *item* aversor, rejicio, recuso, repudio, *ut* νοσφιζοίμεθα *hìc, et* ω. 222. *à* νοσφί.

85 Ἐπανίστημι, post surgo; ἐπανέστησαν, 3. *pl. aor.* 2. *ind. ab* ἐπὶ, ἀνὰ, *et* ἵστημι.

87 Ἔθνος, εος, τὸ, gens, natio: *aliquando pro ordine, et societate, et genere hominum; dicitur et in singulari et plurali de brutis, ut* gens et gentes *apud Latinos: ab* ἔθος, εος, τὸ, mos; *quòd aliæ gentes habeant alios mores et consuetudines.*

Μελισσάων, *Dor. pro* μελισσῶν· *à* μέλισσα, *sive* μέλιττα, ης, ἡ, apis; *à* μέλι.

'Αδινὸς, ἡ, ὸν, frequens, confertus, *ut hìc ; aliquando* tener, mollis, imbecillis, *ut Odys. α.* 93. *μῆλ' ἀδινὰ σφάζουσι, καὶ εἰλίποδας ἕλικας βοῦς· quod alii exponunt* pingues, *alii* teneras *et* imbecillas oves mactant; *πρὸς σύγκρισιν τῶν βοῶν· potest etiam exponi*, albas oves, *nam aliquando, teste Constantino, ἀδινὸς significat* albus ; *aliquando* miserabilis, lamentabilis ; *aliquando* stridulus : *ab ἄδην, et ἄδδην, adverb.* affatim, abundè, *quod interdum regit genit. interdum absolutè ponitur.*

Πέτρα, ας, ἡ, *et Ionic.* πέτρη, saxum, *aliquando* scopulus, cautes; 88
aliquando rupes : *à πέτρος, ου, ὁ,* lapis minor ; *quod à πέτω et ῥᾴον, inquit Martin. qui facilè projicitur.*

Γλαφυρὸς, ρὰ, ρὸν, concavus, profundus ; *aliquando etiam* scitus, elegans, concinnus, varietate delectans, *sed non apud Homer, nisi φόρμιγγα γλαφυρὴν, Hymno in Merc.* 64. *sit exponendum* elegantem lyram, *potiùs quàm* cavam : *à γλάφω, f. ψω,* scalpo, fodio.

Βοτρυδὸν, racematim, in modum racemi, botri ; *à βότρυς, υος, ὁ,* ra- 89
cemus : *βοτρὺς, autem, inquit Martinius, quòd ποτὸν ῥέει,* potum effundat.

Πέτομαι, πετάομαι, πέταμαι, ποτάομαι, ἵπταμαι, volo, volas ; *πέτομαι hìc ; πετάομαι, Hym. in Merc.* 155. *ποτάομαι in versu sequenti ; ἵπταμαι ante ; πεποτήαται, Ion. pro πεπότηνται, tertiâ pers. plur. præt. pass. ποτάομαι, ποτήσομαι, πεπότημαι.*

Ἅλις, *adverb.* confertim ; *aliquando* satis, affatim, magnâ copiâ, 90
sine casu ; ἐκ τῆς ἁλὸς, utpote ἐν ᾗ ἀθρόον ἐστὶ τὸ ὕδωρ, quòd in mari sit aquæ abundantia ; *vel quòd* omnes aquæ ibi sint in unum collectæ : *cum genit. interdum.*

Νεῶν, *per systolen, pro νηῶν, genit. à ναῦς, νεὼς, ἡ,* navis. 91

'Ηϊὼν, όνος, ἡ, litus, ripa. *Etym. deducit παρὰ τὸ καταιονᾶσθαι ὑπὸ τῶν* 92
κυμάτων, quòd à fluctibus alluatur ; ab αἰονάω, aspergo, profundo.

'Εστιχόωντο, *poët. pro ἐστιχῶντο, ab ἐστιχάοντο, 3. pl. imperf. pass. verbi στιχάω,* vado, eo, ordine progredior ; *quod formari videtur ab ἔστιχον, aor. 2. verbi στείχω, idem.*

'Ιλαδὸν, turmatim, confertim ; *ab ἴλη, ης, ἡ, quod est pro εἴλη,* agmen, 93
seu turma, *propriè* sexaginta quatuor equitum ; *ab εἰλέω, cum tenui,* coarcto, congrego.

Ὄσσα, ης, ἡ, vox, rumor, divina fama, *ut hìc ; item* omen ; *ab ὄψ,* vox, *quasi ὄψα· hinc ὄσσομαι,* auguror, vaticinor, *ξ.* 17.

Δεδήει, 3. *sing. plusquamperf. med. à præt. med. Att. δέδηα,* combustus eram ; inflammabatur, fulgebat, *ἐξῆπτο, διεστείρετο, inquit Constant.* excitabatur ; *à δαίω, f. σω,* comburo, luceo.

'Οτρύνω, incito, urgeo, adhortor, *fut. ὀτρυνῶ, pro quo Ionicè ὀτρυνέω,* 94
ut κ. 55. *ὀτρυνέω ἀνστήμεναι,* hortabor ut surgat ; *ὀτρύνομαι,* incitor, *ὀτρύνουσ', nom. sing. fœm. part. præs.*

'Αγέροντο, *3. pl. aor. 2. med. verbi ἀγείρω.*

Τετρήχει, *3. sing. plusquamperf. τρήχω, verb. poët. pro τραχύνω,* asper 95
et salebrosus sum ; *metaph. autem significat,* tumultibus turbari : *à τρηχὺς, Ion. pro τραχὺς, εῖα, ὺ,* asper, scaber.

Ὅμαδος, ου, ὁ, multitudo ; *item* tumultus et strepitus, *quem multitu-* 96
do concitat, ut hìc ; ὅμαδος καὶ δοῦπος, tumultus et strepitus, *ψ.* 233. *ab*

ὁμοῦ, et αὐδὴ, inquit Eustath. alii ab ὁμὰς, ὁμάδος, ἡ, omnes simul, *seu* universitas, *quod ab ὁμοῦ· hinc ὁμαδεύω,* in unum cogo, congrego, *et ὁμαδέω,* tumultuor.

Ἔννεα, novem, *ab ἔννος, pro ἔνος, aliquando* vetus: *quòd novenarius inter numeros digitus est novissimus, id est, postremus, inquit Martin.*

Σφέας, illos, *Ion. pro σφᾶς.*

97 Βοάω, *fut. ήσω,* clamo, vociferor, *ut hìc; aliquando* clamans dico; *refertur etiam ad inanimata; derivatur à βοῦς, ut propriè sit vox instar bovis.*

98 Σχοίατο, *Ion. pro σχοῖντο, 3. pl. aor. 2. med. opt. ab ἔχω, cujus fut. 2. σχῶ, ex inusit. σχέω. hìc autem ἔχω sui compositi κατέχω,* reprimo, cohibeo, *significationem excipit.*

99 Σπουδῇ, *adverb.* diligenter, festinanter, cum labore, vix, *ut hìc; à σπευδὴ, ῆς, ἡ, quod in omnibus his significationibus legitur;* festinatio, diligentia, studium, alacritas, prompta voluntas; *hoc autem à σπέειν ὁδὸν,* viam sequi.

Ἐρήτυθεν, *Bœot. pro ἐρητύθησαν,* occuparunt, *3. pl. aor. 1. pass. sed hìc activè sumitur.*

Καθέδρα, *ας, ἡ,* sedes, sella, sedile; *aliquando* sedes, *quæ* honoris gratiâ *alicui collocatur, ut* Θ. 162. *περὶ μὲν σὲ τίον Δαναοὶ ταχύπωλοι, Ἕδρῃ τε κρέασιν τε,* honoraverunt te Danaï equites sedeque, et carnibus, &c. *aliquando* sedes, *id est,* habitatio; *aliquando* consessus: *ab ἕδρα, ας, ἡ,* sedile, *quod ab ἕζομαι,* sedeo; *quidam legunt hìc καθ' ἕδρας, divisè.*

101 Κάμε, *3. sing. aor. 2. verbi κάμνω,* laboro, *vel* laborare facio.

102 Δῶκε, dedit, *3. sing. aor. 1. verbi δίδωμι.*

103 Διάκτορος, *ου, ὁ,* internuncius, minister; *Mercurii epitheton, quasi διάγων τὰς ἀγγελίας,* qui transmittit nuntia: *idem διάκτωρ, ορος, ὁ, à cujus genitivo fit; sed non invenitur apud Homer. Venit à διάγω,* traduco, transmitto, *quod ab ἄγω,* duco.

Ἀργειφόντης, *ου, ὁ,* Mercurius: *quòd Argum occiderit; ab Ἄργος, ου, ὁ,* Argus, *qui centum oculos habuit, et φένω,* occido; *vel, ut volunt alii, quasi ἀργὸς ἀπὸ τοῦ φονεύειν,* purus ab occidendo: *pacificus enim deus est Mercurius; animus enim irritatus mitescit, et sedatur oratione facundâ.*

104 Ἑρμείας, *ου, ὁ,* Mercurius: *poët. pro Ἑρμῆς· ab εἴρω,* dico, nuntio, *mutato spiritu.*

Πλήξιππος, *ου, ὁ,* domitor equi, eques; *epitheton propriè viri nobilis: à πλήσσω, f. ξω,* percutio, cædo, vexo, *et ἵππος, ου, ὁ, vel ἡ,* equus.

106 Πολύαρς, multos possidens agnos, *per conseq.* dives; *à πολὺς, et ἄρς, νὸς, ὁ vel ἡ, vel ἀρὴν,* agnus.

Θυέστ', poët. pro Θυέστα, pro Θυέστης, Thyestes; *Attici enim et poëtæ vocat. in α 1. declin. à nominibus in ης, usurpant pro nominativis: sic* Νεφεληγερέτα Ζεύς.

107 Φορῆναι, *poët. pro φορεῖν,* gesto, fero, *tanquam à φόρημι vel φοραίνω.*

108 Νῆσος, *ου, ὁ,* insula; *à νῶ,* nato, *quæ mari, à quo cingitur, innatare videtur, et in eo velut fluitare: et hinc dicitur Æolus habitâsse πλωτῇ*

ἐνὶ νήσῳ, natanti insulâ, *Odyss.* κ. 3. *et Ulysses* νήσῳ ἐν ἀμφιρύτῃ, insulâ in circumfluâ, *Odyss.* α. 50. *vel activ. vel passiv.*

'Ερείδω, *f.* είσω, firmo, figo, colloco; *aliquando* hæreo, adhæreo; 109
ἐρείδομαι, incumbo rei, totis viribus aliquid facio; *aliquando* sternor; *hìc verò* innitor, incumbo; ἐρεισάμενος, ένη, νον, *part. aor.* 1. *med.*

"Αρης, εος, *Ion.* ηος, ὁ, Mars, *ut hìc; aliquando* prælium, *aliquando* 110
plaga prælio accepta, *aliquando* impetus, *et* belli desiderium; *ab* αἴρω, interficio.

'Ενέδησε, illigavit, 3. *sing. aor.* 1. *verbi* ἐνδέω. 111

Σχέτλιος, ία, ιον, miseriarum auctor aliis, aliis infestus, *ut hìc; item* 112
noxius; *item* strenuus ad patiendum; *interdum* crudelis, multa patiens, miser, impius, improbus, ingratus; *derivatur à* σχέω, habeo, *et* τλάω, suffero.

'Υπέσχετο, promisit, 3. *sing. aor.* 2. *med. verbi* ὑπισχνέομαι.

'Εκπέρσαντ', *pro* ἐκπέρσαντι, vastanti, *dat. sing. aor.* 1. *part. verbi* 113
ἐκπέρθω.

'Απονέομαι, *f.* ήσομαι, abeo, redeo, discedo; *à* νέομαι.

'Απάτη, ης, ἡ, fraus, fallacia; *ab* ἀπατάω, fallo, decipio. 114

Δυσκλεὴς, έος, οῦς, ὁ καὶ ἡ, ingloriosus; *à* κλέος, εεος, έους, τὸ, gloria, 115
et apud poëtas κλεῖος· *à* κλείω, celebro, *vel* celebrem reddo.

'Υπερμενὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, præpotens, nimiùm violentus, *Jovis epitheton;* 116
à μένος, εος, τὸ, robur, vis.

Πολίων κάρηνα, *hìc, et* ι. 24. *synecdoch.* arces civitatum, *vel metaph.* 117
gloriam civitatum *significat.*

Αἰσχρὸς, ρὰ, ρὸν, turpis, *id est,* indignus, *ut hìc; aliquando* contume- 119
liosus, *aliquando* deformis: *compar.* αἰσχρότερος, *vel* αἰσχίων, *superl.* αἰσχρότατος, *vel* αἴσχιστος, *ab* αἶσχος, εος, τὸ, turpitudo, probrum, infamia; *hoc autem dicitur quasi* ἄϊσχος, *ab* α *privat. et* ἴσχω, habeo, *ut sit quod quis habere nolit.*

'Εσσομένοισι, futuris, posteris, *poët. et Ion. pro* ἐσομένοις, *dat. plur. part. fut. verbi* εἰμὶ, sum.

Μὰψ, frustra, *poëtica vox pro* μάτην, *ut hìc,* cum injuriâ, non jure, 120
injustè; *hinc et* μαψίδιος, ία, ιον, stultus, ineptus, *idem quod* μάταιος, αία, ον, *à quo* μαψιδίως, temerè, injustè.

"Απρηκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, imperfectus, irritus, *ut hìc; aliquando* vanus; 121
cum ita significat, est pro ἄπρακτος, *ab* α *priv. et* πράσσω. *Sed sunt qui exponunt hìc* ἄπρηκτον πόλεμον, infinitum bellum; *si ita, derivatur à* πρήσσω, eo per, *facto per syncopen à* περάσω, *futuro verbi* περάω, transeo.

Πολεμίζω πόλεμον, bellum gero, *ut hìc; aliquando* pugno, decerto, *et tunc sine casu; in futuro* πολεμίξω· *alii legunt* πτολεμίζειν *à* πόλεμος, ου, ὁ, bellum.

Παῦρος, α, ον, paucus, *aliquando* parvus: *compar.* παυρότερος, έρα, ρον, 122
deterior; *pro superl. dicitur* μάλα παῦρα αἴσυλα εἶδε, quàm paucissima nefaria scivit.

"Ορκιον, ου, τὸ, fœdus jurejurando sancitum, *ut hìc; aliquando ea,* 124
quæ ad hoc fœdus sanciendum pertinent, ut γ. 245. Κήρυκες δ' ἀνὰ ἄστυ θεῶν φέρον ὅρκια πιστὰ, "Αρνε δύω, καὶ οἶνον εὔφρονα, præcones autem

per urbem deorum ferebant fœdera firma, agnos duos, et vinum lætificum: *aliquando* ipsum jusjurandum.

Πιστὸς, ἡ, ὸν, fide dignus, fidus; *à* πίστις, εως, ἡ, fides; *à* πείθω, persuadeo; *ὅρκια autem dicuntur πιστὰ ex effecto; non quòd semper fideliter observentur, sed quòd fidelis observatio sit illis debita; hinc ita appellantur etiam cum minimè observantur,* δ. 157. κατὰ δ' ὅρκια πιστὰ πάτησαν, et fœdera fida conculcarunt.

Τέμνω, *f.* μῶ, seco, scindo, *ut ante,* α. 458. *hìc* ferio: *nisi* ὅρκια *hìc etiam, ut et* γ. 248. *sit potiùs metonymicè accipiendum pro illis agnis, quorum pili in hoc fœdere faciendo abscissi fuerant, et distributi omnibus iis, quibus fœdus fuit observandum;* ἀρνῶν ἐκ κεφαλέων τάμνε τρίχας, agnorum ex capitibus abscidit pilos, &c. *de fœderis sanciendi more, vide* γ. 269. *et sequentibus: quòd si ita accipiendum,* τέμνω, *propriam significationem habet; et* ὅρκια πιστὰ τέμνειν, *est, per metonymiam adjuncti,* fœdera fida ferire.

Ἀριθμέω, *fut.* ήσω, numero: ἀριθμέομαι, *idem, item* numeror, *ut hìc; jungitur* ἀριθμέω *cum* καταλέγω, *Odyss.* π. 235. ἄγε μοι μνηστῆρας ἀριθμήσας κατάλεξον, agè, procos numero recense; *deducitur autem ab* ἀριθμὸς, οῦ, ὁ· *hoc autem ab* ἄρω, apto, *quòd ex unitatibus aptè conjunctis numerus resultet; vel quòd sit discreta quantitas, quasi* ἀριτεμὸς, *ab* ἄρι *et* τέμνω· *est enim admodum divisibilis, inquit Harmar.* ἀριθμηθήμεναι, *poët. pro* ἀριθμηθῆναι.

125 Λέγω, *fut.* ξω, dico, colligo, cubare facio, *vel* cubitum demitto; λέγομαι, dicor, recenseor, *item* dico, *et* recenseo, dissero, diligor, colligo, cubo, dormio; λέξασθαι, *aor.* 1. *inf. med.*

Ἐφέστιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, domesticus, *item qui habet larem ubi deget, ut hìc;* civis, indigena, incola; ἐφέστιος *etiam dicitur,* qui domi est, *vel* qui domum rediit; *sic aliquando dicitur de eo qui sedem alienâ tellure, vel civitate ponit, ut illud intelligi potest, Odyss.* η. 248. ἀλλ' ἐμὲ τὸν δύστηνον ἐφέστιον ἤγαγε δαίμων, sed me infelicem duxit fortuna domesticum, *id est,* ut cum illâ, *scil.* Calypso, habitarem; *ab* ἐπὶ, *et* ἑστία, ας, ἡ, focus, lar, domus; *aut, secundum alios,* ara quæ juxta focum extructa erat; *aliquando significat* Vestam, *ut Hymn. in Vestam, primo versu, quòd illa primùm domos ædificaverit; ab* ἕω, ἕσω, colloco.

Ἔασσι, *poët. et Ion.* ἔασι, *pro* εἰσί.

126 Δεκὰς, άδος, ἡ, numerus denarius; *item* decuria, *ut hìc; à* δέκα, decem.

Διακοσμέω, *fut.* ήσω, distribuo, digero, ordino, *ut hìc; aliquando* compono, adorno, instruo, orno, dispono; *à* κόσμος, ου, ὁ, ordo: διακοσμηθεῖμεν, *syncope pro* διακοσμηθείημεν, 1. *pl. aor.* 1. *optat. pass.*

128 Δευοίατο, *Ion. pro* δεύοιντο, eguerint, 3. *pl. præs. opt. à* δεύομαι.

129 Πλέας, *poët. pro* πλέονας, *et hoc pro* πλείονας, *per syncop. à* πλείων, ονος· *sic etiam legitur* πλέες *pro* πλέονες.

130 Ναίω, habito, incolo, *hìc cum præpositione, aliquando sine præpositione; aliquando* habitor, incolor, *poët. pro* ναίομαι, *infrà* 626. νήσων αἳ ναίουσι πέρην ἁλὸς, insulis quæ habitantur trans mare: ναίομαι, habitor incolor.

Ἐπίκουρος, ου, ὁ καὶ ἡ, auxiliator *in bello,* auxiliaris, auxiliarius; *hinc*

ἐπικουρέων· ἐπίκουρος, *autem, ab* ἐπὶ *et* κοῦρος, juvenis, *ante ; quòd juvenum potissimùm est inb ellicis rebus versari. Nota,* ἐπίκουρος *et* σύμμαχος *ita inter se differunt ;* ἐπίκουροι οἱ τῶν πολεμουμένων βοηθοὶ, σύμμαχοι δὲ τῶν πολεμούντων· ἐπίκουροι *sunt auxiliatores illorum qui oppugnantur ;* σύμμαχοι, *illorum qui oppugnant : illi ex aliâ regione sunt, ideoque vocantur* (ι. 233.) τηλέκλειτοι, ex longinquo vocati, *et* (κ. 420.) πολύκλητοι ἐπίκουροι· *hi sæpè* commilitones.

Ἐγχέσπαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui hastam vibrat, vibrandæ hastæ peritus, 131
et proinde, bellicosus ; *ab* ἔγχος, εος, τὸ, hasta ; *quod ab* ἔχω, habeo, *et* πάλλω, quatio, vibro.

Πλάζω, *fut.* γξω, errare facio ; *aliquando* averto, amoveo, *ut hìc* ; 132
aliquando disturbo, *ut Odyss.* β. 396. πλάζε δὲ πίνοντας, disturbavit autem bibentes : πλάζομαι, erro.

Εἰῶσ' *pro* ἐῶσι, *poëticè,* 3. *plur. præs. ind. vel subj. verbi* ἐάω, sino.

Βεβάασι, *Ion. pro* βεβήκασι, *à* βαίω, *quasi à* βάω. *Iones in verbis in* 134
άω *et* έω *subtrahunt* κ *ex præteritis, et corripiunt penultimam ; hinc etiam in participio* βεβαὼς, ξ. 477. ἀμφὶ κασιγνήτῳ βεβαὼς, fratrem circumstans ; *hinc etiam* ρ. 359. ἀλλὰ μάλ' ἀμφ' αὐτῷ βεβάμεν, *per syncop. pro* βεβηκέναι, *infin. et* ρ. 286. οἱ περὶ Πατρόκλῳ βέβασαν, qui circa Patroclum iverant, *pro* βεβάεισαν, *et hoc pro* ἐβεβήκεισαν.

Ἐνιαυτὸς, οῦ, ὁ, annus ; *ab* ἐν αὐτοῦ ἵεναι, *quia in seipsum annus redit.*

Σήπω, *fut.* σήψω, *aor.* 2. ἔσαπον, *et* ἔσηπον, putrefacio ; σήπομαι, putres- 135
co, putrefio, *præt. med.* σέσηπα, putrefactus sum, *ut hìc.*

Σπάρτον, ου, τὸ, spartum, genus vitilium ; *propriè est (inquit Plinius)* juncus aridi soli, *et per metonym. materiæ,* funis sparteus ; *à* σπαρτὸς, ἡ, ὸν, seminatus : *quod à* σπείρω.

Λέλυνται, solvuntur, *3. pl. perf. pass. verbi* λύω.

virenti gramine cubat, *ideoque* ferus, agrestis; *a* χλόα, *Ion.* χλοίη, ης, ἡ, herba virens, gramen, *et* εὐνὴ, ῆς, ἡ, lectum.

Ἀργιόδους, οντος, ὁ καὶ ἡ, albos dentes habens; *ex* ἀργὸς, ἡ, ὸν, albus, *et* ὀδοὺς, όντος, ὁ, dens: *aut* magnos dentes habens; *ex* ἄρι, valde, *pleonasmo* τοῦ γ.

Προθέλυμνος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui radicitùs et funditùs extirpatur; *à* πρὸ, *et* 537
θέλυμνον, ου, τὸ, fundamentum; *à* θέμηλον, *idem*: προθέλυμνος *autem habet et aliam significationem, ut v.* 130. σάκος σάκει προθελύμνῳ, clypeos clypeis densis; *est enim* προθέλυμνος *aliquando idem quod* ἐπ' ἀλλήλους, *et, ut quibusdam placet, in hoc loco est in hâc significatione intelligendum: ut* θέλυμνα δένδρεα *sit* τὰ ἐπαλλήλως ἔχοντα τοὺς κλάδους, arbores confertis densisque ramis.

Ῥίζα, ης, ἡ, radix: *quasi* ῥείζα, *à* ῥέω, fluo; *quia radices undique* 538
diffunduntur; vel quòd per radices vita plantis influat, Coul. ῥίζῃσι, *Ion. pro* ῥίζαις.

Ἄνθος, εος, τὸ, flos, *ab* ἄνω θέειν, quòd sursum ascendat; *per metaph. quodcunque excellit, dicitur* ἄνθος, *ut v.* 484. ἥβης ἄνθος, flos juventæ.

Μῆλον, ου, τὸ, malum, pomum; *à* μηλέα, ας, ἡ, quædam species arboris, *videlicet* arbor pomaria; *et ut* pomum *apud Latinos, sic* μῆλα *apud Græcos, omnia fructuum genera significat, ut hìc;* μῆλον *est etiam* ovis, *ut antè: à* μῆλον, malum, *est* μήλοψ, οπος, ὁ καὶ ἡ, pomacei coloris, *Odyss.* η. 104.

Οἰδαίνω, *seu* οἰδάνω, tumefacio; *à quo* οἰδάνομαι, tumefio, *vers.* 642. 550
hujus libri, ab οἰδέω, *Odyss.* η. 455. *seu* οἰδάω, tumeo, inflatus sum; *quod ab* οἶ, *et* δέω, *inquit Martin. vel ab* οἶδα, novi; *quia tumida sunt depressis noscibiliora, sive magìs conspicua, Harm.*

Καλλίσφυρος, ου, ὁ καὶ ἡ, pulchra habens calcanea; *à* σφυρὸν, οῦ, τὸ 553
planta pedis, *quod deducitur à* σφύρα, ας, ἡ, malleolus, *ob mallei similitudinem.*

558 Ἐπώνυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, *quasi diceret*, supernominis, addititius ad nomen, agnomen, cognomen; *item*, nomen impositum alicui, ob convenientiam quandam rei quæ in personâ est, et nominis; *item*, denominatus, qui nomen traxit; *ab* ὄνομα, ατος, τὸ, nomen.

559 Πολυπενθὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, multùm lugens, miser, luctu plenus; *à* πολὺς, *et* πένθος, εος, τὸ, luctus.

561 Παρακαταλέγομαι, adcubo; *à* λέγομαι, cubo; παρκατέλεκτο, *pro* παρακατελέλεκτο, *per sync. abjecto etiam augmento*, 3. *sing. plusq. perf. pass.*

564 Πολύφορβος, ου, ὁ καὶ ἡ, *vel* -βος, η, ον, multum pabulum, *seu* escam præbens; *à* φορβὴ, ῆς, ἡ, pabulum, *et generale* alimentum; *à* φέρβω, pasco, nutrio, alo: *dictum putatur, quasi* φέρω βίον.

566 Πρόχνυ, *adverb.* in genua, *existimatur dictum per syncop. pro* πρόχονυ, *et hoc pro* προγόνυ, χ *pro* γ, *à* γόνυ, γόνυος, τὸ, genu; *est et aliquando* funditùs, radicitùs, φ. 460.

567 Ἠεροφοῖτις, ιδος, ἡ, quæ in tenebris vagatur; *ab* ἠερόφοιτος, ου, ὁ καὶ ἡ, *quod ab* ἀὴρ, *et* φοιτάω.

568 Ἐρέβευσφιν, ex erebo, *vel* ex tenebris, *addito* φιν *genitivi nominis* ἔρεβος, εος, τὸ, erebus, orcus, *seu* caligo orci; *quod ab* ἔρα, ας, ἡ, terra; *hinc* ἐρεμνὸς, ἡ, ὸν, *pro* ἐρεβεννὸς, ἡ, ὸν, *idem*, tenebrosus.

570 Ἐλλίσσοντο, supplicabant, 3. *plural. imperf. passiv. verbi* λίσσομαι.

575 Πεντηκοντόγυος, ου, qui quinquaginta jugerum est; *à* πεντήκοντα, quinquaginta, *et* γύα, *sive* γυῖα, ας, ἡ, arvum; *item*, arvi spatium, *seu* jugerum.

576 Ψιλὸς, ἡ, ὸν, tenuis, *ut, Odyss.* μ. 421. *significat* glaber, nudus; *ubi observandum aliquid sæpè dici* ψιλὸν, *omisso genitivo ejus rei quæ desideratur: ut,* δέρμα ψιλὸν, *Odyss.* ν. 437. *scilicet,* τριχῶν *et hìc* ἄροσις ψιλὴ, *sive* γῆ ψιλὴ, *scilicet,* βοτάνης, terra nuda et non consita; *dicitur autem* ψιλὸς, παρὰ τὸ ψῶ, extenuo, *cujus omnia* ἀπέψισται, attenuata, expilata sunt; *vel,* παρὰ τὸ ψῶ, tango; εὐχερῶς γὰρ ἅπτεταί τις τοῦ ψιλοῦ, tenuia enim ad manum contrectantur.

Ἄροσις, εως, ἡ, aratio, *aliquando* ager frumentarius; *ab* ἀρόω, aro.

577 Λιτανεύω, *fut.* σω, *idem cum* λίσσομαι, *à quo fit; idem* λίτομαι.

578 Οὐδὸς, οῦ, ὁ, limen. *Vide* ε. 734.

579 Σανὶς, ίδος, ἡ, tabula, asser; *apud Homer. sæpè* σανίδες *sunt* valvæ.

Γουνόομαι, οῦμαι, genua amplectens oro, suppliciter oro, *à* γόνυ, *à* γοῦνος, *pro* γόνυος, *genit.* γόνυ· *est et* γουνάζομαι, *idem*, α. 427.

582 Κεδνὸς, ἡ, ὸν, dignus cujus curâ geratur; *item*, in pretio habendus ob virtutem aliquam; *item* venerandus; *item*, prudens, honestus; *à* κῆδος, εος, τὸ, cura.

588 Ἁλῴη, *Atticè, pro* ἁλοίη, captus sit, *vel* caperetur; *quod est* 3. *sing. aor.* 2. *activi optat. mod. à themate* ἅλωμι, *aor.* 2. *significat passivè.*

589 Ἀμαθύνω, perdo, destruo, in cineres, *vel* arenam redigo; *ab* ἄμαθος, ου, ἡ, arena, sabulum: *hoc autem ab* ἄμμος, ου, ἡ, *idem.*

590 Βαθύζωνος, ου, ὁ καὶ ἡ, altè, *seu* profundè succinctus; *quidam hoc epitheton barbaricum mulierum esse voluerunt: sed in genere,* formosus, pulcher, *ut hìc; à* βαθὺς, εῖα, ὺ, profundus, *et* ζώνη, ης, ἡ, zona, cingulum.

603 Ἄττα, *vel* ἄσσα, *vide* α. 553.

Αὐτμὴ, ῆς, ἡ, halitus, spiritus, vapor, fumus; *unde Od.* π. 290. πυρὸς ἀϋτμή· *idem* ἀϋτμὴν, ένος, *ab* ἄω, spiro. 605

Συγχέω, *fut.* εύσω, confundo, confundendo misceo, *igitur* destruo, ο. 364. conturbo, turbo, *ut hìc; item*, enervo, dejicio, *seu* prosterno, ο. 473. 608

Κρανέεσθαι, *dialysi Ionicâ, pro* κρανεῖσθαι, absolutum iri, *fut.* 1. *vel* 2. *infin. med. à* κραίνω, *fut.* κρανῶ. *med.* κρανοῦμαι. *Fit quasi* καραίνω, *à* κάρα· *aliquando etiam significat* regno, impero; κραιαίνω, effectum reddo, *per pleonasm.* τοῦ αι. 622

Νηλὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, *pro* νηλεὴς, crudelis, immisericors; *ex* νὴ, *et* ἐλεέω, misereor. 628

Ποινὴ, ῆς, ἡ, pœna; *item*, merces, præmium, pretium, quo injuria pensatur, *ut hìc.* 629

Ἀποτίω, *fut.* σω, punio, pœnas luo, exsolvo; *à* τίω, honoro, punio, ulciscor, persolvo, solvo, *ut hìc.* 630

Ὑπωρόφιος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui sub tecto *seu* camerâ est, domesticus: *ab* ὑπὸ, *et* ὀροφὴ, ῆς, ἡ, contignatio, qualis est tectorum: *quod ab* ἐρέφω, tego, tectum impono. 636

Μέμαμεν, *vide* μέματον, *antè*, Θ. 413. 637

Ἀσύφηλος, ου, ὁ καὶ ἡ, vilis, abjectus, nullius pretii, stolidus; *ab* ἄτω, noceo, *et* φῆλος, ου, ὁ, impostor, fallax; *exponunt quidam* insipiens, stolidus, *adeò ut etiam derivari possit à* σοφὸς. 643

Μετανάστης, ου, ὁ, *et* μετανάστιος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui sedibus suis relictis, aliò habitatum se contulit; *exponitur*, pulsus patriâ, exul, peregrinus, inquilinus, *ut hìc; à* μετὰ, *et* νάω. 644

Σμύχω, *f.* ξω, attero, absumo; *item*, exuro, incendo, igne vasto, *ut hìc; hinc* μετασμύχω. 649

Τῇ 'μῇ, *per synæresin, pro* τῇ ἐμῇ. 650

Κῶος, εος, τὸ, pellis ovina, ovinum vellus; *dicitur per pleonasm. ut et* κώας, *Odyss.* τ. 58. *pro* κῶς, *idem: quod dicitur* παρὰ τὸ ἐπ' αὐτοῦ κοιμᾶσθαι. 657

Ῥῆγος, εος, τὸ, culcitra; *à* ῥήγνυμι.

Λεπτὸς, ὴ, ὸν, tenuis, exiguus, parvus, instar corticum et squamularum quæ alicunde avelluntur; *à* λέπω, decortico; *hinc* λεπταλέος, έα, έον, *idem*, σ. 571.

Ἄωτον, ου, τὸ, flos, *ex* ἄω, *idem cum* πνέω· *est* flos, *seu* præstantissimum cujuslibet rei; *est et* ἄωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, auribus carens; *ab* α *privat. et* οὖας, ατος, τὸ, auris.

Ἀνάσταδον, surgendo, more eorum qui surgunt; *ab* ἀνίστημι. 667

Πολύαινος, ου, ὁ καὶ ἡ, multùm laudatus, laudatissimus; *ab* αἶνη, ης, ἡ, laus. 669

Πολύτλας, ὁ καὶ ἡ, multa passus; nobilis, *per consequens: à* πολὺς, *et* τλάω, tolero. 672

Ἐνίημι, *fut.* ήσω, *p.* ῆκα, immitto, infundo, insero. 696

Τεταρπόμενος, *Ion. et poët. anadiplasiasmo, pro* ταρπόμενος, η, ον, *aor.* 2. *med. à* τέρπω, delecto. 701

CLAVIS HOMERICA

IN K'. ILIADIS.

1 'ΑΡΙΣΤΗ͂ΕΣ, *Ion. pro* ἀριστεῖς, *ab* ἀριστεῦς, έος, ὁ· ἀριστῆες, *apud Hom. dicitur pro* optimatibus, *et* proceribus, *et* iis qui principem in civitate locum tenet; *sicut et apud Latinos* optimates: *quia, qui cæteris honore præstant, excellere præ omnibus virtute debent;* ἀριστεὺς *aliquando adjectivè*, præstantissimus, *ut* ἀριστῆα πρόμον, γ. 44. optimum propugnatorem; *ab* ἄριστος, η, ον, optimus Marte; παρὰ τὸ Ἄρης, Mars.

2 Δεδμημένος, η, ον, domitus; ἀ δμάω, *pro* δαμάω, domo; *est et* δεδμημένος, ædificatus. *Vide* ζ. 245.

4 Γλυκερὸς, ρὰ, ρὸν, ἀ γλυκὺς, εῖα, ὺ, *idem;* παρὰ τὸ γλεῦκος, εος, τὸ, mustum, succus dulcis.

6 Χάλαζα, ης, ἡ, grando; *dicitur quasi* ἐκ τοῦ ἄνω πρὸς τὰ κάτω χαλωμένη, ex aëre in terram demissa.

7 Νιφετὸς, οῦ, ὁ, *et* νιφὰς, άδος, ἡ, nix; ἀ νίφω, ningo.

Χιὼν, όνος, ὁ, nix: *quasi* χεὼν· ἀ χέω, fundo.

Παλύνω, *idem quod* ἐπιπάσσω, inspergo; *exponitur*, misceo, humecto, albefacio; *propriè de* farinâ *dicitur, ut Odyss.* κ. 520. *aliquando de* nive, *ut hìc;* ἀ πάλη, ης, ἡ, lucta; *item*, tenuissima farina; flos farinæ; παιπαλὴ, ῆς, ἡ, *idem.*

8 Πευκεδανὸς, ἡ, ὸν, amarus; ἀ πεύκη, ης, ἡ, amaritudo; πευκεδανοῖο πτολέμοιο, amari belli. *Homerus (ait Etym.) bellum* piceum *vocat, à piceâ, quæ facilè comburitur; frequentissimè autem bellum cum igne comparat, quòd pugnantium sanguis incalescat; vel, bellum* amarum, *quia picea est amara.*

9 'Ανιστοναχίζω, vehementer suspiro, graviter ingemisco; ἀ στοναχίζω.

10 Νειόθεν, ex imo, *pro* νειάτοθεν, *per syncop.* ἀ νείατος, *pro* νειότατος, infimus, *superl.* τοῦ νεῖος, novellus, recens, *Ion. pro* νέος.

13 Σύριγξ, ιγγος, ὁ, fistula, *propriè*, pastoria; ἀ συρίσσω, *seu* -ίττω, *Attic. vel* συρίζω, sibilo, sibilum edo, fistulâ cano.

16 Στένω, *f.* ενῶ, anxius sum, gemo, angustiâ animi *et* anxietate laboro: ἀ στενὸς, angustus.

20 'Αλεξίκακος, ου, ὁ καὶ ἡ, depulsor mali, *seu* malorum, remedium malorum: *nam tam de rebus, quàm personis dicitur: ab* ἀλέξω, arceo, *et* κακὸς, ἡ, ὸν, malus.

23 Δαφοινὸς, ἡ, ὸν, *hìc*, rufus, rubens maculis rubris. *Vide* β. 308. *est et* δαφοίνεος, ου, ὁ καὶ ἡ, cruentus, σ. 538.

'Εέσσατο, *pro* εἵσατο, 3. *sing. aor.* 1. *med. verbi* ἕννυμι, *sive* ἕω· *est et* ἕεστο, *plusq. perf. pass. pro* εἷστο, μ. 464. *ab eodem.*

Αἴθων, ωνος, ὁ καὶ ἡ, ardens, *antè*, β. 839. *hìc*, fulvus. 24

Ποδηνεκὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, usque ad pedes dependens; *ab* ἠνεκὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, porrectus in longitudinem, *interdum* perpetuus, continuus; ποδηνεκὴς δέρμα λέοντος, pellis leonis ad talos usque demissa, quam gestabat Agamemnon heroum more.

Βλέφαρον, ου, τὸ, pellis oculis obducta, et illos tegens, palpebra; *dicitur quasi* τοῦ βλέποντος φάρος, peplum oculi intuentis; *vel*, παρὰ τὸ ἐν τῷ βλέπειν αἴρεσθαι, quòd attollamus palpebras cùm cernimus et intuemur. 26

Ἱζώνω, *tempora sumit ab* ἱζέω, *idem*, sedere facio, sedeo; *quod ab* ἵζω, sedere facio, sedeo; ἐφιζάνω, insideo; *aliquando* instituo, *ut* ψ. 250. ἵζωνεν εὐρὺν ἀγῶνα, certamen latum instituit.

Ὑγρὰ, *seu* ὑγρὴ, *Ion. interdum, ut hìc, sumitur substantivè pro* ὑγρὰ κέλευθος, mare, pelagus; *ab* ὑγρὸς, ρὰ, ρὸν, humidus; *et metaph.* mollis, tener; *ab* ὕω, pluo. 27

Στεφάνη, ης, ἡ, galea *sæpè, seu* quicquid coronæ more cingit caput; *à* στέφω, corono. 30

Ἐπίσκοπος, ου, ὁ, inspector, explorator, speculator, *à* σκοπὸς, *idem; hoc autem à* σκέπτομαι, circumspicio, dispicio; *hinc etiam* σκοπιάζω, speculator, ex speculâ observo. 38

Θρασυκάρδιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, audax; *à* θρασὺς, εῖα, ὺ, *et* καρδία, ας, ἡ. 41

Κερδαλέος, έα, έον, *hìc*, astutus, vafer, callidus, prudens; *à* κέρδος, εος, τὸ, lucrum: *aliquando* astutia. 44

Ἱερὸν, οῦ, τὸ, *substantivè*, sacrificium, victima; *ab* ἱερὸς, ὰ, ὸν, sacer. 46

Δολιχὸν, *adv.* diu, longo tempore: *à* δολιχὸς, ἡ, ὸν, longus; δολιχὸς *enim dicitur tam de* longitudine temporis, *quàm* extensionis. 52

Ἀνστήμεναι, *pro* ἀναστῆναι, *Atticè et Dor. aor.* 2. *infin.* 55

Ἀβροτάζω, *fut.* σω, aberro in viâ, *aut* in nocte evagor; *ab* ἀβρότη, ης, ἡ, *quod aliquando per se ponitur, vel cum nomine* νὺξ *jungitur; fit à* βροτὸς, mortalis, *præfixo α priv. quòd noctu lateant mortales.* 66

Φθέγγομαι, *fut.* ξομαι, loquor, vocem edo, clamo, *ut hìc.* 67

Ἐγρήγορθαι, erigi, *pro* ἐγρηγορέναι, *pleonasm.* τοῦ θ, *et syncop. literarum* ε *et* ν. *est perfectum infinitivi medii, cujus indicat.* ἐγρήγορα, *ab act.* ἐγρηγορέω, vigilo. *Eustath. formari dicit ab* ἐγείρω, *cujus præt.* ἤγερκα, *med.* ἤγορα, *et Atticè* ἐγήγορα, *et cum pleonasmo literæ* ρ, ἐγρήγορα, *unde novum thema* ἐγρηγορέω, *cujus præt.* ἐγρήγορκα, *pro* ἐγρηγόρηκα· *hinc pass.* ἐγρήγορμαι, *pro* ἐγρηγόρημαι, *cujus infin.* ἐγρηγορέναι, *Æol.* ἐγρήγορθαι *infinitivi enim qui habent* ορ *ante finalem* θαι, *Æolici sunt, et Æolico more fiunt proparoxyt. Vide* ἐγρήγορθε, *Il.* η. 371.

Ἄνωχθι, 2. *sing. imperat. pro* ἀνώγηθι, *per syncop. ab* ἀνώγημι, jubeo, γ *etiam in* χ *mutato propter* θ *sequens, ut et* κ *in* νύχθ' ὅλην, *pro* νύκτα ὅλην *fit* κέκραχθι, *pro* κέκραχε, *ut* ἄνωχθι *pro* ἄνωγε. *Poëtæ enim etiam gravitonos imperativos aliquando terminant in* θι *hinc* ἀνώχθω, λ. 189. *et* ἄνωχθε, *Odyss.* χ. 437.

Μεγαλίζω, *fut.* σω, magnificè effero, extollo: μεγαλίζομαι, superbio; *à* μέγας. 69

Ἵει, *pro* ἵειε· *hoc autem pro* ἵη· *ab* ἵην, *imperf. med. verbi* ἵημι, mitto, injicio. 71

81 Ἐξερεείνετο, interrogabat, 3. *sing. imperf. med. verbi* ἐξερεείνω, *ab* εἴρω, dico.

83 Ὀρφναῖος, α, ον, tenebrosus, obscurus, ater, niger; *ab* ὄρφνη, ης, ἡ, *et Doricè* ὄρφνα, tenebræ, obscuritas: *quod ab* ἐρέφω, tego.

84 Οὐρεὺς, έος, ὁ, custos; *ab* οὖρος, ου, ὁ, *in quâ significatione ab* ὁράω *derivatur, ut Eustath. annotat.*

91 Πλάζομαι, vagabundus jactor; *à* πλάζω, errare facio.

94 Ἀλαλύκτημαι, erro, molestè fero, metuo, non sum animi compos, *poët. verbum; ab* ἀλυκτέω, *idem, cum pleonasmo* τοῦ λα, *vel ab* ἀλύσσω, anxius sum, indignor, insanio, tremo; *quod ab* ἀλύω, errabundâ mente et incertâ afficior, gaudeo, superbio, tristor.

96 Δραίνω, *idem quod* δράω, facio.

98 Ἀδδηκότης, *metri gratiâ, pro* ἀδηκότες, *pro* ἀηδηκότες, *quod est participium præt. temporis, poët. pro* ἠηδηκότες, *à themate* ἀηδέω, laboribus defessus sum, tædio afficior, *propriè,* suavitatem non percipio; *ab* ἡδὺς, *vel* ἀδέω· *unde* ἀδδηκότες, *poët. pro* ἡδηκότης· *ab* ἄδω, satio, *satietas enim tædium parit; sed* ἀδέω, placeo.

100 Ἴδμεν, *Doricè et Æolicè, pro* ἴσμεν· *hoc autem per syncop. pro* ἴσαμεν· *ab* ἴσημι, scio; *vel, per syncop. pro* ἴδομεν, *ab* εἴδω.

101 Μενοινάω, *fut.* ήσω, impetu quodam animi concitatus cupio; *à* μενοινὴ, ῆς, ἡ, impetus, *seu* cupiditas animi ad aliquid agendum; *à* μένος, εος, τὸ, animus, animi ardor, *seu* impetus irati animi; *pro eodem dicitur* μενοινέω, μ. 59. *et* -όω, ν. 79.

104 Οὔθην, non equidem, non omnino, nequaquam.

113 Ἑκαστάτω, longissimè, maximè procul; *superl. ab* ἑκὰς, procul; ἑκαστέρω, magis procul, *comparat.*

120 Αἰτιάομαι, causam attribuo, *seu* assigno, accuso, imputo; *ab* αἰτία, ας, ἡ, causa, ratio; *item,* culpa, crimen; αἰτιάασθαι, *poët. pro* αἰτιᾶσθαι, *hinc* αἰτιόωνται, *pro* -ῶνται, *Odyss.* α. 32. *Il.* λ. 653. αἰτιόῳτο, *in optat. pro* -άοιτο· *et Odyss.* υ. 135. αἰτιόῳο, *pro* αἰτιάοιο.

121 Μεθίημι, *fut* ήσω, *hìc,* cesso, negligens sum, ignavè me gero; *aliquando cum genit. ut* ν. 114. μεθιέμεναι πολέμοιο· *aliquando cum infin. ut* ν. 234. μεθίῃσι μάχεσθαι.

124 Ἐφίστημι, *fut.* ἐπιστήσω, insto, supervenio, sisto juxta, appono, admoveo, *aor.* 2. ἐπέστην, *significat neutraliter* adsisto, *ut etiam de simplici* ἔστη *dictum est.*

127 Ἐπιφράζω, indico; *item,* moneo, admoneo, suggero. Ἐπιφράζομαι, animadverto, intelligo, considero: *à* φράζω, dico, *aliquando* jubeo, *cujus aor.* 2. *est* ἔφραδον.

Ἠγερέεσθαι, congregari, *præs. infin. pass. verbi* ἠγερέω, *poët. pro* ἀγείρω, congrego, colligo.

133 Φοινικόεις, εσσα, εν, Phœniceus, purpureus; *à* φοῖνιξ, *antè. Vide* δ. 141. *et* ζ. 210. *est et* φοινήεις, εσσα, εν, μ. 202. *idem.*

134 Ἐκτάδιος, ία, ιον, extensus; *item,* amplus, qui longè, latéque extendi potest, *ut hìc; à* τείνω.

Οὖλος, integer sanus, integer perfectus, *pro* ὅλος, *Odyss.* ρ. 343. *est etiam* tener, mollis, *ut Il.* π. 224. *et* contortus, *ut hìc; ab* εἴλω, contorqueo (*à quibus* οὐλοκάρηνος, ου, ὁ καὶ ἡ, crispo capite, *Odyss.* τ. 246.

οὐλόπους, δος, ὁ καὶ ἡ, integer pedibus. *Hymn. in Merc.* 137. *et οὐλοχύτης, ου, α.* 449.) *est et οὖλος*, exitialis, *ut Il. ε.* 717.

'*Ακαχμένος*, *pro ἠκασμένος, η, ον*, acutus, *mutato σ in χ, et amisso* 135
augmento, part. præt. pass. verbi ἀκάζω, acuo; *secundùm quosdam, per syncop. pro ἠκαχημένος, part. præt. pass. verbi ἀκάχημι*, tristitiâ afficio, *adeò ut ἔγχος ἀκαχμένον exponi possit* hasta dolorifica, *quòd ictu suo ἄχος afferat; ut etiam ψυχρὸς χαλκὸς, eò quòd lethale frigus inferat.*

'*Ανεγείρω, f. ερῶ*, excito: *ex ἀνὰ et ἐγείρω, idem.* 138

Βεβίηκα, perf. à βιάω, poët. idem quod βιάζω, vim affero, urgeo, op- 145
primo; *à βία, ας, ἡ*, vis.

Σαυρωτὴρ, ῆρος, ὁ, cuspis in imo hastæ ferro transversa; *seu* ferra- 153
mentum concavum, mucronatum, cui extrema hastæ pars inserta efficit, ut erigatur, et solo depangatur; *quasi σταυρωτὴρ, à σταυρόω*, palum depango.

Στρώννυμι, et στρωννύω, à στορέω, per syncop. idem, sterno, substerno, 155
fut. στρώσω, præter. ἔστρωκα, pass. ἔστρωμαι, aor. 1. ἐστρώθην, ἔστρωτο, 3. sing. plusq. pass.

Ἄγραυλος, ου, ὁ καὶ ἡ, in agro stabulans, *seu* pernoctans; *ab ἄγρος, οῦ, ὁ*, ager, *et αὐλὴ, ῆς, ἡ*, stabulum.

'*Αωτέω*, flores carpo; *ὕπνον ἀωτεῖν, est* dormire somnum suavem, cu- 159
ris solutum, et quasi floridum. *Vide ἄωτον, ι.* 657.

'*Αΐω, poët.* audio; *aliquando cum genit. ut Odyss. ξ.* 266. *aliquando* 160
cum accus. ut 532. *hujus libri; aliquando significat* exspiro; *ut ο.* 251. *φίλον ἄϊον ἦτορ*, charam exspirabam animam.

Θρωσμὸς, οῦ, ὁ, tumulus, collis, eminentior locus, qui quasi è terrâ subsilit, *à θρώσκω*, salio.

Σχέτλιος, ία, ιον, infelix; laborum patiens, *hìc. Vid. β.* 112. 164

Οὔ νυ, annon? 165

'*Αμήχανος, ου, ὁ καὶ ἡ*, minimè solers, *hìc*, indefatigabilis; *est et ἀμή-* 167
χανος, pro κακομήχανος. Vid. antè, θ. 130.

Ξυρὸς, ρὰ, ρὸν, acutus ad radendum, *et* scalpendum idoneus; *à ξύω*, 173
idem quod ξέω, rado, scalpo, polio; *ξυρὸς autem aliquando substant. ut hìc*, culter tonsorius, *aut* novacula; *hinc proverbium, ut hìc apud Homer. ἐπὶ ξυροῦ ἵστασθαι ἀκμῆς, dicitur res, quæ in summo discrimine sita est.*

'*Ακμὴ, ῆς, ἡ*, cuspis, acies; *ab ἀκὴ, idem, pleonasmo τοῦ μ.*

'*Εγρηγορτὶ*, vigilanter; *ab ἐγρηγορέω*, vigilo. *Vide suprà v.* 67. 182

Δυσωρέω, fut. ήσω, difficulter custodio, *à δύσουρος, ου, ὁ καὶ ἡ*, custoditu 183
difficilis; *ab οὖρος, ου, ὁ*, custos.

Κρατερόφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, fortis, prudens, truculentus, ferox, *ut hìc;* 184
à κρατερὸς, ρὰ, ρὸν, fortis, robustus, *et φρὴν, ενὸς, ἡ*, mens.

Τετράφατο, Ion. pro τετραμμένοι ἦσαν à τρέπω. 189

Κάρμα, ατος, τὸ, gaudium, *antè, γ.* 51. *hìc autem quòd gaudium et* 193
lætitiam afferat, ludibrium.

Ἤϊσαν, iverunt; *secundùm quosdam 3. plur. imperf. ind. εἶν, pleo-* 197
nasmo τοῦ η, pro ἴσαν, ab εἶμι, vado; *secundùm alios, aor. 1. ἤϊσαν, quasi ab εἴω, pro εἶσαν, diphthongo dissolutâ, et ε verso in η: secundùm alios,*

plusq. perf. ᾐτειν, *et per syncop. ι etiam subscripto,* ᾔειν, *cujus* 3. *plur. esset* ᾔεισαν, *ex quo detracto* ε, ᾔϊσαν· *sed tum ι esset subscriptum.*

198 Ἑδριάομαι, sedeo ; *ab* ἕζομαι, *idem.*

202 Πιφαύσκω, *inserto* υ, *pro* πιφάσκω· *hoc verò per reduplicationem fit à* φάσκω, *idem quod* φημὶ, dico, loquor ; *à* φάω, dico ; *est etiam* πιφαύσκω, in lucem profero ; *à* φάω, *idem.*

204 Οὐκ ἂν, nonne ?

205 Τολμήεις, εσσα, εν, audax, intrepidus, tolerans ; *à* τόλμα, ης, ἡ, audacia.

207 Φῆμις, εως, ἡ, fama, rumor ; *à* φάω, dico.

212 Ἀσκηθὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, illæsus, incolumis ; *ab* ἄσχετος, qui retineri non potest, quem nemo prohibeat ab agendo ; *est et* ἀσκεθὴς, *per* ε, *idem, Odyss.* ξ. 255.

Ὑπουράνιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, qui supra cœlos est ; *item,* cœlestis, *ut hìc significare potest.*

216 Ὑπάρρηνος, ου, ὁ καὶ ἡ, *et* ὕπαρνος, ου, ὁ καὶ ἡ, ovis, supra se, *vel* in se agnum habens ; *ab* ἄρς, ἀρνὸς.

Κτέρας, τος, τὸ, res possessa ; *est et* donum, ω. 235. *à* κτάομαι.

217 Δαίτη, ης, ἡ, epulum ; *à* δαὶς, τὸς, ἡ, *idem.*

Εἰλαπίνη, ης, ἡ, epulum, convivium opiparum, compotatio ; *à* λάπτω, *vel* λαπάζω, inanio, evacuo ; *quoniam tali convivio, apparatus et sumptus magni devorantur, et quasi inaniuntur ; aut, secundùm antiquos grammaticos, ab* εἴλη, ης, ἡ, agmen, grex, congregatio, *et* πίνω, bibo ; *vel, ab* εἵλη, *idem quod* ἕλη, ης, ἡ, calor solaris : *quòd in his compotationibus incalescunt potatores ; hinc* εἰλαπινάζω, epulor, convivor, ξ. 241. *et* εἰλαπιναστὴς, οῦ, ὁ, ρ. 577. conviva.

223 Θαρσαλέος, έα, έον, fiduciâ præditus ; fidens animo, audax ; *hìc* θαρσαλεώτερον, major audacia, *substantivè ; à* θάρσος, εος, τὸ, fiducia.

226 Βράσσων, ονος, ὁ καὶ ἡ, *comparat. poët. pro* βραδίων *à* βραδὺς, εῖα, ὺ, tardus ; *est etiam* βραδύτερος, *superl.* βραδύτατος, *et* βράδιστος, *pro quo poët.* βάρδιστος, ψ. 310.

236 Φαίνομαι, *hìc,* adsum, in conspectu sum.

238 Χείρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, pejor, deterior, inferior, vilior ; *à* χεὶρ, manus ; *nam propriè significat,* ὁ ταῖς χερσὶν ἥττων, qui manum robore superatur ; *vel* ὁ διὰ τῶν χειρῶν πορίζων τῷ ζῆν, qui victum manum operâ quæritat : *pro* χείρων, *legitur* χερειότερος, β. 248. *et* χερείων, α. 114. *in dativo* χέρηϊ, α. 80. *accusativo* χέρηα, *Odyss.* σ. 228. *et in plur.* χέρηες, *Odyss.* ο. 323.

251 Ἄνω, *poët. pro* ἀνύω, *et* ἄνομαι, *pro* ἀνύομαι, perficio, conficio, perago, propero, festino.

253 Μοῖρα, ας, ἡ, *hìc,* pars ; *à* μείρω, divido : *præt. med.* μέμορα.

256 Ἀμφήκης, εος, ὁ καὶ ἡ, utrinque acutus, *aut* anceps ; *ab* ἀμφὶ, *et* ἀκὴ, ῆς, ἡ, mucro : ἀμφὶ ἀκὴν ἔχων.

258 Ἄφαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, ἄλοφος, ου, ὁ καὶ ἡ, sine cono, *aut* cristâ ; *à* φαλὸς, οῦ, ὁ, conus galeæ, *et* λόφος, ου, ὁ, cervix, crista.

Καταῖτυξ, γος, ἡ, galeæ genus depressum, *et* sine cristâ ; παρὰ τὸ κάτω τετύχθαι.

264 Ὗς, ὑὸς, ὁ *vel* ἡ, *idem quod* σῦς, sus, porcus, aper, *ex eoque factum : secundùm alios, ab* ὕομαι, irrigor, *et* pluviâ perfundor : *quòd luto se pol-*

luere amat, et aquis delectatur ; vel, quasi θῦς, *à* θύω, sacrifico ; *quòd à suillo pecoris genere immolandi initium primum sumptum videatur.*

Θαμὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, *idem quod* θαμειὸς, ὰ, ὸν, *α.* 52. creber, frequens ; *hinc* θαμέες *et* θαμέας, *nom. et accus. plur. apud poëtas ; à* θαμὰ, crebrò.

"Εχω, *hìc* munio.

'Επισταμένως, scite ; *ab* ἐφίστημι. 265

Πῖλος, ου, ὁ, pileus,

'Ερώδιος, ου, ὁ, *seu* ἐρωδὰς, άδος, ὁ, *avis species, videlicet* ardea, *seu* ar- 274
deola, *Angl.* a heron : *quasi* ἑλώδιος, *ab* ἕλος, εος, τὸ, palus ; *quia in paludibus plerumque versatur : secundùm quosdam, quasi* ἐρωτίδιος, *avis Veneri sacra.*

Σπεῖο, *Ion. pro* σποῦ, 2. *sing. aor.* 2. *med. imper. à* σπόμαι, *pro* ἕσπομαι, 285
seu ἕπομαι.

Μήσατο, *pro* ἐμήσατο· *à* μήδομαι, *hìc*, struo, perpetro ; *hinc* μήσαο, *pro* 289
μήσω, ξ. 253. *et* μήσεαι, *pro* μήσῃ, *Odyss.* λ. 473.

Πρόφρασσα, prompta, benevola, propensa ; *à* πρόφρων. 290

Εὐρυμέτωπος, τώπου, ὁ καὶ ἡ, latæ frontis, latam frontem habens ; *bo-* 292
vis epithet. ab εὐρὺς, εῖα, ὺ, latus, *et* μέτωπον, ου, τὸ, frons ; *quod ab* ὦψ, ὠπὸς, ὁ, oculus, vultus.

Νέκυες, *interdum dicitur de* defunctorum corporibus, cadavera ; *ali-* 298
quando defunctorum manes, *Odyss.* λ. 290. *à* νέκυς, υος, ὁ, defunctus, cadaver

'Εριαύχην, ενος, ὁ καὶ ἡ, cervicem elatam et arduam habens ; *ab* ἐρι, 305
et αὐχὴν, *antè*, ε. 147.

'Απὸ δόξης εἶναι, opinionem frustrari. 324

"Ιστω, *per syncop. pro* ἰσάτω· *ab* ἴσημι, scio. 329

'Αγλαϊεῖσθαι, *Attic. pro* ἀγλαΐσεσθαι, orno, decoro, illustrem facio ; *ab* 331
ἀγλαΐζω, *in quo, et aliis ejusdem generis in* ίζω, *in fut.* 1. *Attici tollunt* σ, *et ultimam circumflectunt : medium autem* -ίσομαι, *mutant in* ιοῦμαι, ίσεσθαι, *infin. in* ιεῖσθαι *ab* ἀγλαὸς, ὰ, ὸν, splendidus.

'Επίορκον, *adv.* pejerando ; *ab* ἐπίορκος, ου, ὁ καὶ ἡ, perjurus, *quod ab* 332
ὅρκος, ου, ὁ, jusjurandum.

'Ορθύνω, *idem quod* ὄρω, *ex equo factum.*

Κτίδεος, *per aphær. pro* ἰκτίδεος, α, ον, mustelinus, è mustelà confec- 335
tus ; *à* κτὶς, ίδος, ἡ, *per aphær. pro* ἰκτὶς, mustela ; *hìc autem* κτίδεος, è pello mustelinâ confectus.

Φράζομαι, *f.* σομαι, *aliquando* animadverto, *ut hìc.* 339

Παραφθαίησι, 3. *sing. opt. aor.* 2. *à* παραφθάνω, præcurro, prævenio ; 346
à φθάνω, *fut.* φθάσω, *aor.* 2. ἔφθην, *quasi à* φθῆμι.

Προτιειλεῖν, compelle, propelle ; *est infin. pro imperat. verbi* προτιειλέω, 347
Doricè pro προσειλέω, advolvo, adigo, *quod ex* πρὸς *et* εἰλέω, volvo.

'Απέην, *poët. pro* ἀπῆν, aberat. 351

'Επίουρα, τὰ, intervalla, *Ion. pro* ἐπίορα· *ab* ὅρος, ου, ὁ, terminus : *factum ex eo singulari* ἐπίουρος, *per metaplasm. ut tradit Eustath.* ἐπίουρος, custos, ν. 450. *ab* οὖρος, ου, ὁ, *idem.*

Προφερὴς, προφερέστερος, προφερέστατος, præstans ; *aliquando* provectâ 352
ætate ; *à* προφέρω, præsto.

"Αροτρον, ου, τὸ, aratrum ; *ab* ἀρόω. 353

N

357 Δουρηνεκὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, tantum intervallum continens, quantum hastæ jactus; *ab* ἠνεκὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, longus, *et* δόρυ, ατος, τὸ, hasta.

Ἐλάσσων, *seu* ἐλάττων, minor, *compar. à* μικρὸς *communiter, sed propriè ab* ἐλαχὺς, εῖα, ὺ, parvus.

360 Καρχαρόδους, οντος, ὁ καὶ ἡ, acutos habens dentes; *à* κάρχαρος, ου, ὁ καὶ ἡ, asper, *et* ὀδοὺς, όντος, ὁ, dens: κάρχαρος *autem à* χαράσσω, scalpo, imprimo, incido.

361 Κεμὰς, άδος, ὁ, hinnulus cervi: *quasi* ἀπὸ τοῦ κοιμᾶσθαι *quòd adhuc in speluncâ cubat, nec se committere sylvis audet.*

Λαγωὸς, οῦ, ὁ, lepus: *à* λα, *epitat. et* οὖς, ὠτὸς, τὸ, auris; *ab* οὖας, ατος, τὸ, *idem; nam lepus perlongas habet aures; vel, à* λάειν, *id est,* βλέπειν, *lepus enim (ut aiunt) dormit apertis oculis.*

Ἐμμενὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, permanens *seu* constanter manens; ἐμμενὴς, *etiam aliquando substantivè, pro* constantiâ; *aliquando adverbialiter,* constanter, indesinenter; *à* μένω, maneo.

364 Ἀποτμήσσω, *vel* ἀποτμήγω, *fut.* ξω, abscindo, divido; *à* τμήσσω, seco, scindo; *quod à* τέμνω.

375 Βαμβαίνω, inarticulatè loquor; *item,* dentes quatio præ metu, *seu* crepito dentibus, *ut hìc; à* βάζω, *ductâ à pedibus significatione.*

383 Καταθύμιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, quicquid in animo versatur; *item,* animo placens; *à* θυμὸς.

418 Ἐσχάρα, ας, ἡ, focus, *Od.* ζ. 52. *hìc autem* ἐσχάραι πυρὸς *vocantur* ipsæ domus, *seu* qui in domibus habitant; *hinc* ἐσχαρόφιν, *Od.* ε. 59. *poët. pro* ἐσχάρᾳ.

425 Δαείω, *pro* δαίω, disco, doceor, intelligo; *hinc* δαείης *in subjunct. Hymn. in Merc.* 562.

434 Νέηλυς, δος, ὁ, qui nuper, *seu* qui recèns advenit; *à* νέος, έα, έον, *et* ἔρχομαι, *quasi* ὁ νεωστὶ ἐληλυθὼς.

438 Ἤσκηται, 3. *sing. præt. pass. à verbo* ἀσκέω, exerceo; *item* elaboro, concinno; *quod ab* ἀσκὸς, οῦ, ὁ, uter, *nam, ut tradunt quidam propriè de iis, qui uteres conficiunt, enunciatur; metaph. etiam de reliquis artibus mechanicis.*

450 Εἶσθα, *Æol. pro* εἶς, 2. *sing. præs. ab* εἶμι, vado, *cujus præs. sæpè pro futuro usurpatur, ut hìc; quod etiam priùs dicitur.*

451 Ἐναντίβιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, adversarius, *quasi diceret,* vim et potentiam contrariam habens; ἐναντίβιον *etiam aliquando adverbialiter,* adversùs, contrà; *ab* ἀντίβιος, adversus, contrarius; *quasi* ἐναντίαν βίαν ἔχων· *vel,* ἐναντιούμενος τῇ βίᾳ. *Vide* α. 277.

456 Κέρσε, *Æol. pro* ἔκειρε, 3. *sing. aor.* 1. *verbi* κείρω, *fut.* κερῶ, *a.* 1. ἔκειρα, tondeo, ψ. 146. *item* scindo, *ut hìc; Odyss.* σ. 143. deripio, absumo; κήματα κείροντας.

460 Ληῖτις, ιδος, ἡ, prædatrix, *epitheton Minervæ; à* ληῒς, ΐδος, ἡ, *antè,* ι. 138.

462 Τοῖσδε, *id* ὅδε, *sed per apposit. syllabæ* σι, τοῖσδεσι, *geminato poët.* σ, τοῖσδεσσι, *in quo retinetur circumflexus in antepenultimâ, non ex lege, sed quia particula* δέσσι, *articulo* τοῖς, *quasi inclytica adjungitur.*

463 Ἐπιβωσόμεθα, invocabimus, *per contractionem, ex* ἐπιβοησόμεθα· *à* βοάω· *sic* βώσαντι, μ. 336. *pro* βοήσαντι.

Δέελον, *pro* δῆλον, manifestum, *ut hìc ; quod à* δήω, invenio ; τὰ γὰρ 466
πρόδηλα ῥαδίως εὑρίσκονται, manifesta sunt facilè invenienda.

Δόναξ, ακος, ὁ, arundo, *ut hìc :* calamus scriptorius ; *à* δονέω, agito, 467
quòd facilè à ventis agitatur ; et quia ex arundinibus factæ sunt sagittæ, ideo δόναξ *etiam* sagittam *significat*, λ. 583. *hinc* δονακῆα, σ. 575. *Ion. pro* έα· *à* δονακεὺς, έως, ὁ καὶ ἡ, arundinosus.

Ἐπιδιφριὰς, άδος, ἡ, locus quidam in curru, currûs circumferentia ad 475
extremam currûs partem, unde religabantur equi jugo soluti ; ἐπιδίφριος, ίου, ὁ καὶ ἡ, qui sedet, *aut* ponitur in curru ; *aliquando* otiosus *vel* effeminatus, *Odyss.* ο. 51. δῶρα φέρων ἐπιδίφρια θείη, dona ferens in currus ponat ; *à* δίφρος, ου, ὁ, locus in curru, currûs sella.

Δέδεντο, ligati erant, *à* δεδέμην, 3. *plur. plusquamperf. pass. verbi* δέω, *irregulariter* ε *pro* η· *nam futurum facit* δήσω *in activ. eodem modo* δέδετο, ε. 387.

Μέλεος, έα, εον, vanus, inanis, stultus, nihil efficiens, infortunatus ; 480
μέλεον *etiam adverb.* incassùm, otiosè.

Ἀεικὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, *hìc* fœdus, durus ; *vel* asper. *Vide* α. 341. 483

Ἄορ, ορος, τὸ, ensis ; *ab* ἀείρω, tollo. 484

Ἐρυθραίνω, *et* ἐρυθαίνω, rubefacio ; *ab* ἐρυθρὸς, ὰ, ὸν, ruber ; *quod ab* ἔρευθος, εος, τὸ, rubor.

Ἀσήμαντος, ου, ὁ καὶ ἡ, rectore carens, cui nemo præest, *et* τὰ ἀσήμαντα μῆλα, oves carentes signo, *id est*, non custoditæ ; *ab* ἄσημος, cui signum, *seu* nota non est impressa ; *per consequens*, obscurus, ignobilis : *ab* α *privat. et* σῆμα, τος, τὸ, signum. 485

Ἀήθεσσον, *pro* ἠήθεσσον, *euphon. gratiâ, ab* ἀηθέσσω, *pro* ἀηθέω, insuetus 493
sum ; *ab* α *privat. et* ἦθος, εος, τὸ, mos.

Ἤειρα, *pro* εἶρα, *pleonasmo* τοῦ η, *ab* εἴρω, necto, *vel ab* ἀείρω, simul 499
necto : *ab* α *idem quod* σὺν, *et* εἴρω.

Ῥοιζέω, *seu* ῥοιζῶ, *fut.* ήσω, stridorem edo, strido, latro ; *à* ῥοῖζος, ου, 502
ὁ, stridor ; *factum est per onomatop. ad imitationem sono literæ* ρ, *ut* σίζειν *ex sono literæ* σ. ζέειν, *ex* ζ. βόμβος, *ex* β. *secundùm Eustath. est autem* ζέω, ferveo, bullio, *propter priorem rationem ; est* σίζω, talem sonum edo, qualis fit ex ferro ardenti in aquam dejecto, *ab priorem rationem ; et* βόμβος, ου, ὁ, sonus quem edunt apes.

Ἀλαοσκοπία, ας, ἡ, cæca speculatio ; *à* σκοπὸς, οῦ, ὁ, speculator, ex- 515
plorator ; *quod à* σκέπτομαι, circumspicio, inviso, visito, *metaph.* video, speculor, considero, perpendo, *et* ἀλαὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, cæcus, luscus, *quod ab* α *privat. et* λάω, video, *aliquando* volo ; *vel, ab* ἀλάομαι, erro, vagor.

Ἀνεψιὸς, οῦ, ὁ, consobrinus, filius fratris, *vel* sororis : παρὰ τὸ ἀνῆφθαι, 519
quod est, cursum attingere ; *quasi* ὁ ἄνωθεν συνημμένος εἰς, τὴν, συγγένειαν, attingens aliquem consanguinitate è summo deductâ.

Ὤμωξα, *aor.* 1. *ab* οἰμώζω, ploro, ejulo, *quod ab* οἴ. 522

Κυδοιμὸς, οῦ, ὁ, turba, tumultus ; παρὰ τὸ κύειν δείματα, *sive* οἴδματα, 523
quòd timorem inducat ; *hinc* κυδοιμέω, turbas excito, λ. 324.

Ἔκταν, occiderunt, *per syncop. pro* ἔκτησαν, *à* κτῆμι, *aliquando*, occi- 526
do ; *vel* ἔκταν, *à* κτείνω, *aor.* 2. ἔκτανον, *per apoc. poët.* ἔκταν· ἔκταν *verò* σ. 456. *pro* ἔκτανε.

N 2

532 Κτύπος, ου, ὁ, sonitus, strepitus, *propriè*, qui pulsu cietur ; *ὰ κτυπέω*, η. 479.

547 Ἀκτὶν, ῖνος, ἡ, radius solis ; *ab ἄγω*, fero : *quia radii solis omnia permeant, et quacunque feruntur ; vel ab ἀΐσσω*, salio ; *quia salit cum impetu radius.*

568 Ἵππειος, εία, ον, equestris ; *ab ἵππος, ου, ὁ*, equus.

572 Ἱδρὼς, ῶτος, ὁ, sudor ; *apud poët. in dat. et accusat. ἱδρῶ, per apoc. pro ἱδρῶτι, ἱδρῶτα, ut hìc ; ab ἴδος, εος, τὸ, idem : quasi ὕδως, ab ὕδωρ, mutato spiritu cum primâ literâ.*

Νίζω, *linguâ Tarentinorum, pro νίπτω· propriè de manibus dicitur*, lavo, *ut hìc ; hinc ἀπονίζω.*

573 Ἐσβάντες, *pro εἰσβάντες*, ingressi, *aor. 2. part. à βαίνω.*

575 Ἀνέψυχθεν, *pro -θησαν*, recreati essent, 3. *plur. aor.* 1. *ind. pass. ab ἀναψύχω*, refrigero, recreo : *à ψύχω*, frigefacio.

Φίλον ἦτορ, suo corde, *subintell. κατὰ.*

576 Ἀσάμινθος, ου, ὁ, solium balneatorium, pelvis ; *fit παρὰ τὸ ἄσιν μινύθειν*, à sordibus diminuendis, *id est*, eluendis ; *ἄσις, ιος, ἡ, vel ἄση, ης, ἡ*, sordes, limus, *aliquando* molestia.

577 Λοέσσαν, *aor.* 1. *carens augmento, et geminato σ. poët. pro ἐλόεσαν· hinc λοεσσάμενος, η, ον, et λοέσσαι, pro λοέσαι, ὰ λοέω, seu λόω, quod ponitur pro λούω, idem.*

Λίπα, *pro λιπαρὸς, ὰ, ὸν*, pinguis : *indeclinabile, ut hìc.*

Ἔλαιον, ου, τὸ, oleum ; *ab ἐλαία, ας, ἡ*, oliva, *arbor.*

CLAVIS HOMERICA

IN Λ'. ILIADIS.

1 ΤΙΘΩΝΟ'Σ, οῦ, *Ion.* οῖο, ὁ, Tithonus, *Laomedontis Trojani regis filius, quem Aurora, Titanis et Terræ filia, sic amarit, ut eum jam senem herbarum virtute ad juventutem revocaverit, et in virum elegerit.*

3 Ἔρις, ιδος, ἡ, contentio, *item* dea contentionis auctor ; *in quâ significatione deducunt ab εἴρω· παρὰ τὸ εἰς μάχην εἴρειν, id est, συμπλέκειν.*

11 Ὄρθια, τὰ, *adverb. hìc usurpatur ; ab ὄρθιον, ου, τὸ*, carmen, quod voce sublatissimâ cantatur, classicus cantus ; *vel, ab ὄρθιος, ία, ιον*, rectà in altum tendens ; *ab ὀρθὸς, ἡ, ὸν*, rectus.

24 Οἶμος, ου, ὁ, *vel ἡ*, via, semita ; *ab οἴμη, ης, ἡ, idem ; à futuro οἴσω, quòd per eam ferant ; vel, ab οἰμάω, et οἰμάω*, impetu feror in aliquem, *propriè*, rectâ viâ ; *vel*, simul ingredior, χ. 140. *est et οἶμος*, virga ; *sunt qui hìc ita exponunt.*

Κύανος, ου, ὁ, color cæruleus; *est et* lapis, *seu* succus in metallis cærulei coloris, *ut hìc.*

Κασσίτερος, *et Att.* καττίτερος, *ου, ὁ,* stannum, plumbum album; *à* 25
κάσσα, ης, ἡ, meretrix; *stannum videtur esse argentum, nec est,* Harm.

Ὀρωρέχατο, *3. plur. plusquamperf. pass. Ion. pro* ὀρωρεγμένοι ἦσαν, *ab* 26
ὀρέγω, porrigo, extendo; *fut.* ὀρέξω, *præt.* ὤρεχα, *Att.* ὀρώρεχα, *&c.*

Ἴρισσιν, *pro* ἴρισι· *ab* ἶρις, *β.* 786. 27

Ἀορτὴρ, ῆρος, ὁ, lorum, *seu* funis, quo ensis appenditur, *seu* theca, in 31
quâ reconditur; *fit ab* αἴρω· *hinc* ἀρτὴρ, *et pleonasmo* τοῦ ο, ἀορτὴρ· *vel, quasi* ἄορα τηρῶν· *ab* ἄορ, ensis, *et* τηρέω, servo; *à plur nom.* ἀορτῆρες, *addendo* σι, *dat. poët. fit* ἀορτήρεσσι.

Βλοσυρῶπις, ιδος, ἡ, habens oculos truces; *à* βλοσυρὸς, *et* ὢψ, ὠπὸς, 36
oculus, aspectus. *Vide* η. 212.

Ἐλέλικτο, *plusquamperf. ab* ἐλίσσω, *cum redupl. pro* ἐλήλικτο, *pro* ἥλικ- 39
το· *vel potiùs plusquamperf. verbi* ἐλελίζω, torqueo, *sine augm.*

Ἀμφιστεφὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, utrinque coronatus; *item,* undique plenus: 40
ab ἀμφὶ, *et* στέφω.

Ἐκπεφυυῖαι, *part. præt. med. ab* ἐκφύομαι, enascor; *à* φύω, gigno, produco.

Ῥῶοντ', *pro* ἐῤῥώοντο, *ab inusitato* ῥώομαι, *propriè,* quatior, *aliquando* 50
festinanter, et cum impetu feror, *ut hìc: à* ῥώννυμι, confirmo.

Ἠῶθι, *adv.* in aurorâ; ἠῶθι πρὸ, ante auroram.

Φθὰν, *Bœot. pro* ἔφθησαν, prævenerunt; *à* φθάνω. *Vid.* ζ. 108. 51

Μετακιάθω, mutato loco abeo, abeo inde ad, insequor; *à* κίω, vado. 52

Ἐέρση, *pleonasmo* τοῦ ε, *pro* ἔρση, *seu* ἕρση, ης, ἡ, *cum aspero,* ros; *fit* 53
quasi ἄρση, *ab* ἄρδω, irrigo; *vel,* παρὰ τὸ τὴν ἔραν δεύειν, quod terram imbuat; *hinc* ἐρσήεις, εσσα, εν, roscidus, ω. 757.

Μυδαλέος, *α, ον,* humidus, madidus; *à* μυδάω, nimio humore et ma- 54
dore putresco.

Οὔλιος, *ία, ιον, et* οὔλιμος, *η, ον, idem quod* οὖλος, κ. 134. 62

Στεροπὴ, ῆς, ἡ, fulgur; *item* splendor, *per aphær. pro* ἀστεροπὴ, *poët.* 66
pro ἀστραπὴ, *ab* ἀστράπτω, fulguro, mico, splendeo, *vel dicitur* παρὰ τὸ στερεῖν τοὺς ὦπας τοῦ ὁρᾷν, quòd oculos visu privet.

Ἀμητὴρ, ῆρος, ὁ, messor; *ab* ἀμάω, meto, ω. 451. *hinc* ἄμητος, *ου, ὁ,* 67
messis, τ. 223.

Ὄγμος, *ου, ὁ,* sulcus aratri scissione factus; *quasi* οἴγμος, *ab* οἴγω, 68
aperio; *in sulco terra maximè est aperta, et quasi dehiscit.*

Δράγμα, ατος, τὸ, manipulus, ipsa seges; *à* δράσσω, *seu* δράττω, prehendo, manu corripio, *Batrach.* 155. *hinc* δρὰξ, *Batrach.* 234. *idem quod* δράγμα, manipulus; τὸ τῶν χειρῶν πλήρωμα· *et* δραγμεύω, σ. 555. manipulos colligo.

Τάρφος, εος, τὸ, densitas; ταρφὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, densus, creber, frequens. 69

Δηιόω, *hìc,* cædo, occido. *Vid.* δ. 416. 71

Παρατυγχάνω, intersum alicui actui, adsum, intervenio. 74

Δρυτόμος, *ου, ὁ καὶ ἡ, per apoc. pro* δρυοτόμος, quercuum amputator, *et* 86
generaliter, arborum incisor: *à* δρῦς, υὸς, ἡ, quercus, *sæpè pro omni arborum genere usurpatur, et* τέμνω.

Ἐκορέσσατο, *pro* ἐκορέσατο, satiavit, *3. sing. aor. 1. med. verbi* κορέω. 87

88 Ἄδος, εος, τὸ, *vel* ου, ὁ, satietas, fastidium, defatigatio (*quæ est laboris, velut satietas*) *ab* ἄδω, satio, expleo. *Eustath. deducit ab* ἀδέω, *quod dici fertur pro* ἀηδέω· *alii hoc ab illo ; alii ab* ἄδην, affatim.

94 Κατεπάλμενος, η, ον, *decomp.* ἀ κατὰ *et* ἐπάλμενος, *poët. pro* ἐφαλλόμενος· *quod ab* ἐπὶ, *et* ἄλλομαι.

98 Πεπάλακτο, fœdatum est, 3. *sing. plusquamperf.* ἀ παλάσσω, inquino, fœdo, ε. 100.

Δαμάω, *hìc*, prosterno.

100 Περιδύω, *propriè*, circumvestio, *hìc autem* περίδυσε, spoliavit, *pro* ἀπόδυσε.

102 Γνήσιος, ία, ον, *vel* ου, ὁ καὶ ἡ, legitimè genitus, originem habens legitimam ; *item*, germanus ; *item*, genuinus ; non adulterinus ; *dicitur quasi* γονήσιος, *vel* γενήσιος, ἀ γίνομαι. *Vid.* νόθος, β. 727.

104 Παραβάσκω, pugno ex curru, *pro* παραβάτης εἰμὶ· παραβάτης, ου, ὁ, transgressor legis ; *aliquando*, qui è curru pugnat, *pro quo legitur*, ψ. 132. παραιβάτης· δίφροισι παραιβάται· ἀ βάσκω, *poët. idem quod* βαίνω, eo, vado.

105 Δίδη, *Ion. et poët. pro* ἐδίδη, ligavit, 3. *sing. imperf. verbi* δίδημι, ἀ δέω, ligo.

Μόσχος, ου, ὁ, *vel* ἡ, vitulus, *seu* vitula ; *est et* tenellum germen in arbore ; *seu* ramulus tenellus ; *item pro* ἁπαλὸς, ὴ, ὸν, tener, *ut hìc.*

Λύγος, ου, ἡ, vitex, virga, bacillus.

109 Οὖς, *idem quod* οὖας, auris, *ex quo fit ; cæteri casus formantur tanquam ab* ὦς, *ut genit.* ὠτὸς, *dat.* ὠτὶ, *at* οὖας, *genit.* οὔατος, τό.

110 Σπέρχω, *fut.* ξω, urgeo, compello, festinare cogo ; *neut.* festino, *item*, irascor. *Vide* δ. 32. *dicitur quasi* σπεύδω ἐρχόμενος.

115 Εὐνὴ, ῆς, ἡ, cubile, *ut antè ; dicitur etiam de brutis*, cubile *pro* lustro. *Vide* α. 435.

118 Δρυμὸς, οῦ, ὁ, sylva querna, *vel* glandifera ; *item generaliter* sylva, nemus ; *item*, δρυμὸν, οῦ, τὸ, *idem ;* ἀ δρῦς, ὸς, ἡ, quercus.

125 Εἴσαχ' *ob sequent. aspir. pro* εἴσακ'· *hoc autem pro* εἴασκε, *Ionicâ paragoge, pro* εἴα, *imperf. ab* ἐάω.

129 Κυκάω, *fut.* ήσω, misceo, *propriè de liquoribus ; item generaliùs*, misceo, confundo, perturbo ; κυκηθήτην, 3. *dual. aor.* 1. *pass. Ion.*

137 Ἀμείλικτος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui mulceri, *seu* leniri non potest, asper, durus, immitis, *ut et* ἀμείλιχος, ι. 158. ἀ μειλίσσω.

146 Ἀποκόπτω, *fut.* ψω, abscindo, amputo ; ἀ κόπτω, scindo.

147 Ὅλμος, ου, ὁ, mortarium, truncus corporis ; παρὰ τὸ ὅλλειν καὶ μειοῦν τὰ ἐν αὐτῷ πτισσόμενα, quòd minuantur ea quæ in mortario tunduntur ; *sed Harm. deducit ab* ὅλος, *ista, nisi tota sint (inquit ille) et perfecta, nulli sunt usui.*

Ἔσσευε, *pro* ἔσευε, *geminato* σ, ἀ σεύω, fugo, pello, concito.

148 Ἐάω, *aliquando* omitto, missum facio, relinquo, *ut hìc.*

153 Δηϊόωντες, cædentes, *intellige* terram.

155 Ἄξυλος, ου, ὁ καὶ ἡ, ligno carens, *vel* plenus ligno, *ut hìc ; ab* α *primo privat. secundo epitat. et* ξύλον.

156 Εἰλυφάω, *et* εἰλυφάζω, verso, torqueo, circumago ; *ab* εἰλύω, *idem cum* εἰλέω.

Θάμνος, ου, ὁ, locus densus fruticibus, arbustum, frutex, χ. 190. *ὰ* θαμὰ, crebrò, *quod ab ἅμα*, simul.

Πρόῤῥιζος, ου, ὁ καὶ ἡ, unà cum radice, radicitùs; *ὰ ῥίζα, ης, ἡ*, radix. 157

Κεινὸς, *pro κενὸς*, ἡ, ὸν, vacuus. 160

Κροταλίζω, pulso, crepitare facio, cum strepitu veho; *ὰ κρόταλον, ου, τὸ, instrumentum, quod pulsatum manu crepitabat; quod ὰ κρότος, ου*, ὁ, pulsus æris, manuum, pedum, *sed frequenter de* manuum plausu *dicitur; hinc κροτέω*, pulso, verbero.

Σφεδανὸς, ἡ, ὸν, terribilis, intensus, vehemens; *quasi σπευδανὸς, ὰ* 165 *σπεύδω secundùm Eustath. σφεδανὸν, adverbialiter usurpatum*, vehementer.

Καππεδίον, *pro κατὰ πεδίον*, per campum. 167

Ἱέμενος, η, ον, *ab ἵεμαι*, cupio, desidero: *nam significationem activi* 168 *ἵημι omnino reliquit.*

Ἀμολγὸς, οῦ, ὁ, nox intempestiva, *propriè*, tempus quo mulgentur 173 pecora: *quod aliquando est* vesperi, *aliquando* extremâ nocte, *pro quibus utrisque usurpatur ἀμολγὸς· ab ἀμέλγω*, mulgeo; *aliquando genit. νυκτὸς adjungitur; aliquando absolutè per se usurpatur. Vide* δ. 434.

Ἔγκατα, ων, τὰ, intestina, viscera; *παρὰ τὸ ἐντὸς κεῖσθαι.* 176

Λαφύσσω, *fut.* ξω, avidè deglutio et haurio; *exponitur*, consumo per luxum, devoro; *ὰ λὰ, epitat. et ἀφύσσω*, haurio, infundo, traho, consequor, accumulo.

Θύω, *fut.* σω, sacrifico, *aliquando* furo, impetu furibundo feror, ut *hìc.* 180

Πιδηέσσης, scatebris abundans; *ὰ πίδαξ, ακος, ὁ, vel ἡ*, scatebra, 183 fons, aqua saliens, *idem cum πηγὴ, quæ utraque, ὰ πηδάω. Bœot. verso η in ι, πιδήεις, unde fœm. πιδήεσσα, hìc, pro πιδακόεις, per syncop. et α verso in η.*

Ἀνώχθω, *pro ἀνωγέτω, ut etiam ἄνωχθι, pro ἄνωγε, per metaplasm. ab* 189 *ἀνώγω, antè* κ. 67.

Τεῒν *et* τὶν, *Dor. pro σοὶ.* 201

Καρτύνω, firmum reddo et validum, munio, corroboro, *pro κρατύνω,* 215 *idem, ὰ κάρτος, pro κράτος· ἐκαρτύναντο, 3. plur. aor. 1. med.*

Μητροπάτωρ, ορος, ὁ, matris pater, avus maternus; *ex μήτηρ, et πατὴρ.* 224

Ἐρείδω, *f.* σω, figo, firmo, *hìc neutraliter*, incumbo. 235

Μόλιβος, ου, ὁ, plumbum, *idem μόλυβος, ου, ὁ, pro μόλιβδος, vel μόλυβ-* 237 *δος, ου, ὁ, hinc μολίβδαινα, ης, ἡ*, ω. 80. plumbi massa; *ὰ μόλειν εἰς βάθος, (inquit Harm.) quòd in fundum facilè descendat; vel ὰ μόλις, et βάω, qui plumbum fert, vix velociter procedit.*

Λῖς, λιὸς *vel* λινὸς, λινὶ, λῖνα *vel* λῖν, ὁ, *poët. pro λέων, οντος*, ὁ, leo. *Vide* 239 θ. 441.

Οἰκτρὸς, ὰ, ὸν, qui miserandus est, *ab οἶκτος, ου, ὁ*, misericordia; *unde* 242 *οἰκτρότατος, η, ον, Od.* λ. 420. *et οἴκτιστος, η, ον, Il.* χ. 76. *οἰκτείρω*, ρῶ, misereor, 813. *hujus libri.*

Ἀστὸς, οῦ, ὁ, civis, *fœm. ἀστὴ, peculiariter* cives Athenienses: *ab ἄστυ, εος, τὸ*, urbs, β. 332.

Ὄϊς, *contract. pro οἴας, ab οἶς, οἰὸς, ἡ*, ovis. 245

Ἀριδείκετος, ου, ὁ καὶ ἡ, clarus, inclytus; *ὰ δείκνυμι, propriè*, qui multùm ostenditur; *itaque* inclytus. 248

249 Πρεσβυγενὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, maximus natu : *à* πρέσβυς, εια, υ, *et* γίνομαι.
251 Εὐρὰξ, ex obliquo, *Ion. pro* πλευρὰξ, *per aphær. à* πλευρὰ, ᾶς, ἡ, latus, costa ; *idem* πλευρὸν, οῦ, τὸ.
253 Διέχω, *hìc* transigo ; διέσχε, 3. *sing. aor.* 2.
256 Ἀνεμοτρεφὴς, *et* ἀνεμοτραφὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, à vento nutritus et auctus, *seu* à vento corroboratus ; *hinc* ἀνεμοτρεφὲς ἔγχος, hasta à ventis corroborata, *antequam ex arbore abscinderetur, ut hìc ; est et* ἀνεμοτρεφὲς κῦμα, ο. 625. fluctus à vento intumescens ; *ab* ἄνεμος, ου, ὁ, ventus, α. 480. *et* τρέφω, nutrio.
257 Ὄπατρος, ου, ὁ καὶ ἡ, *per syncop. et mutato spiritu, pro* ὁμόπατρος, *seu* ὁμοπάτριος· *ab* ὁμοπάτωρ, *idem*, eodem patre genitus.
258 Αὐτέω, *ab* αὔω, *videlicet* clamo, *hinc* ἀϋτὴ, ῆς, ἡ, clamor, vox.
266 Ἀνήνοθε, *vide* ἐπενήνοθε, β. 219.
267 Τέρσω, arefacio, sicco, *factum ex Æol. fut.* τέρσω· *à verbo* τείρω· τείρεται γὰρ ποῦς τὸ ξηραινόμενον, *Eustath.*
269 Ὠδίνω, à partu doleo, parturio, *et generaliter*, aliquo magno dolore afficior ; *ab* ὠδὶν, *seu* ὠδὶς, ῖνος, ἡ, dolor parturientis ; *quod ab* ὀδύνη, ης, ἡ, dolor.

Βέλος, εος, τὸ, telum, vulnus, dolor ex ictu ; *etiam metaph.* dolor parturientis, *ut hìc.*

270 Δριμὺς, εῖα, ὺ, acrem habens saporem, *seu* gustum ; *in genere*, acer, vehemens, astutus ; παρὰ τὸ τὰς ῥίνας μύειν, quia quæ sunt acri gustu, nares contrahant.

Μογοστόκος, ου, ὁ καὶ ἡ, partûs laborem suscipiens, circa partum laborans, *epitheton Lucinæ, ut hìc, circa* τόκους μογοῦσα, ut quæ parturientibus adsit : *à* μόγος, ου, ὁ, *et* τίκτω, pario.

Εἰλείθυια, ας, ἡ, Lucina, *id est*, dea, quæ parturientibus opitulatur : *sæpè pro* ipso partu *ponitur ; ab* ἐλεύθω, venio, *quia invocatur, ut fœtus auspicatò veniat ad lucem. Commemorat Homerus plures Lucinas, cùm alii unicam agnoscant :* εἰλείθυιαι θεαὶ τῶν τικτουσῶν, Διὸς καὶ Ἥρης θυγατέρες.

282 Ἀφρέω, *fut.* ήσω, spumo ; *ab* ἀφρὸς, οῦ, ὁ, spuma.

Ῥαίνω, *fut.* νῶ, perfundo, aspergo, irroro ; *à* ῥέω, fluo, *quasi* ῥεαίνω· *hinc Angl.* to rain, *Harm.*

290 Ὑπέρτερος, έρα, ερον, superior, præstantior, major ; *est et* ὑπέρτερος, *Ion.* junior.
297 Ὑπεραὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, desuper flans ; *ab* ἄω, flo ; ὑπεραέϊ ἶσος ἀέλλῃ, vehementi similis procellæ, *dialysi, pro* ὑπεραεῖ.
298 Ἰοειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, niger, rubiginosus, purpureus, ferrugineus ; *ab* ἰὸς, οῦ, ὁ, telum missile, rubigo cujusque metalli, *ut hìc ; vel* purpureus, violacei coloris ; *ab* ἴον, ου, τὸ, viola.
306 Ἀργεστὴς, οῦ, ὁ, albus, *Noti epithet. hìc* velox ; *ab* ἀργὸς, ἡ, ὸν, albus, *à quo etiam* ἀργὴς, ῆτος· ἀργεστὴρ, ῆρος· ἀργήεις, ήεσσα, ῆεν· ἄργιος· *et* ἀργινόεις, εσσα, εν· *idem* ἀργεστὴς, *gen.* άο, *pro* οῦ, *Æolicè et Bœoticè.*
307 Τρόφις, ιος, ὁ καὶ ἡ, bene nutritus, crassus, pinguis, tumidus ; *idem* τροφόεις, εσσα, εν, *à* τρέφω.
308 Πολύπλαγκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, multùm errans, *vel* agitans : *hìc* venti flatus, *Od.* ρ. 425. latronibus *tribuitur ; à* πλάζω, errare facio.

Κάρηαρ, ατος, τὸ, caput; *et κάρητος, per syncop. ο. 75.* 309

Κυδοιμέω, turbas excito, tumultuor; *à κυδοιμὸς, οῦ, ὁ, antè, ε. 593.* 324

Κῆρες γὰρ ἄγον, *intellige* illos. 332

Κεκαδὼν, *cum reduplicat. et verso χ in κ, à χάζω,* recedo, *item* privo: 334
est aor. 2. partic. Vide Θ. 353.

Στέωμεν, *Ion. pro στῶμεν, aor. 2. subjunct. ab ἵστημι.* 348

Ἀλεξώμεσθα, *Dor. pro ἀλεξώμεθα,* arceamus, 1. *pl. præs. subj. med. verbi ἀλέξω, vel ἀλεξέω,* arceo, propulso.

Κακκόρυθα, *pro κατὰ κόρυθα,* in galeam; *à κόρυς, υθος, ἡ, in accusat.* 351
κόρυθα, vel κόρυν, galea.

Τρίπτυχος, ου, ὁ καὶ ἡ, triplex; *à τρὶς, et πτυχὴ, ῆς, ἡ,* plicatura. 353

Ἀπέλεθρον, longè, procul: *ab ἀπέλεθρος, ου, ὁ καὶ ἡ,* immensus: *quod* 354
ab α, et πέλεθρον, pro πλέθρον, ου, τὸ, jugerum, ο. 245.

Μίκτο, *pro ἐμέμικτο, ab ἐμεμίγμην, plusq. perf. pass. à μίγνυμι, vel μιγνύω.*

Καταείσατο, *3. sing. aor. 1. med. ab inusitato verbo κατείω, seu κάτειμι,* 358
descendo, proficiscor.

Ἔπειμι, *fut.* εἴσομαι, advenio, ingredior, invado. 367

Στήλη, ης, ἡ, lapis è terrâ extans, *vel munitionis gratiâ, vel signi,* 371
erectus; *sæpè pro* cippo, *seu* columnâ, quæ in sepulchris statuebatur, *ut hìc; ab ἵστημι,* statuo.

Ἀνδρόκμητος, ου, ὁ καὶ ἡ, ab homine laboratus, *aut simpliciter,* factus; *hinc τύμβος ἀνδρόκμητος,* sepulchrum labore ab homine factum, *vel,* in quo mortuus jacet; *à κάμνω nam κεκμηκότες etiam et καμόντες, sæpè dicuntur mortui.*

Βριαρὸς, ὰ, ὸν, robustus, *vel quasi βιαρὸς, à βία,* vis; *vel ab epitaticâ* 375
particulâ βρῖ hinc Βριάρεως ἑκατόγχειρος, α. 403.

Πῆχυς, εως, ὁ, cubitus, *antè,* ε. 314. *hìc,* illa pars arcûs quâ arripitur, et quæ sagittam sustinet; manubrium.

Τάρσος, *Atticè τάῤῥος, ου, ὁ, hìc,* planta pedis, *aliquando* palma 377
manûs; *quibus utrisque digiti ita sunt infixi ut pinnæ alis, et remi navibus; τάρσος enim significat et* ordinem remorum, *et* alam avium: *quia quandam similitudinem habent cratium, super quibus casei, aliaque solent siccari, quas τάρσος propriè significat; ταρσοὶ μὲν τυρῶν βρῖθον,* crates, *vel* vasa caseis onerabantur; *à τέρσω,* sicco, arefacio.

Ἀμπηδάω, *f.* ήσω, subsilio, sursum salio; *pro ἀναπηδάω, à πηδάω,* 379
salio.

Τοξότης, ου, ὁ, sagittarius, arcitenens; *idem τοξευτὴς, οῦ, ὁ,* ψ. 850. 385
fœmin. τοξότις, ιδος, ἡ, epitheton Dianæ; à τόξον, ου, τὸ, arcus.

Παρθενοπίπης, ου, ὁ, virginum nimis avidus inspectator, *aut* observator; *ab ὀπιπεύω, quod fit ex inusitato ὀπτεύω, per anadiplasiasm.* inspicio, observo; *quod ab ὄπτομαι, et παρθένος, ου, ἡ,* virgo.

Κωφὸς, ἡ, ὸν, surdus, cui auditus est vitiatus; *aliquando* fatuus, sto- 390
lidus; *sed ex consequenti,* mutus; *est et* invalidus, inefficax, *ut hìc; κωφὸν βέλος,* telum hebes et invalidum; *et* ξ. 16. *κῶφον κῦμα,* fluctus nullum strepitum edens. *Al. κοῦφος, η, ον,* levis, exiguus.

Ἐπαύρομαι, *hìc,* contingo, attingo, assequor; *ab ἐπαυρέω.* 391

Ἀμφίδρυπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, undique laceratus, *pro eodem dicitur ἀμφι-* 393
δρυφὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, et ἀμφίδρυφος· à δρύπτω, lacero, *β.* 700.

405 Ἁλώω, 1. *sing. aor.* 2. *subj. ab* ἁλίσκω, capio, *aor.* 2. *ind.* ἥλων, *opt.* ἁλοίην, *ut ab* ἅλωμι, *subj.* ἁλῶ, *pro quo* ἁλώω, *passivè significans, et ut à* δίδωμι, *subj.* δῶ, *pro quo* δώω.

406 Φοβέω, *fut.* ήσω, in fugam verto ; *à* φέβομαι, fugio.

413 Ἔλσαν, *pro* ἐλάσαν, *seu* ἤλασαν, *sic* ἔλσαι, *pro* ἔλασαι, α. 408. *et* ἔλσας, *pro* ἐλάσας, *Odyss.* ε. 132. *ab* ἐλαύνω, *seu* ἐλάω· *seu potiùs pro* εἴλησαν, *ab* εἰλέω, concludo, includo.

415 Ξύλοχος, ου, ὁ καὶ ἡ, sylva ; *à* ξύλον, ου, τὸ, lignum, *et* ἔχω.

416 Γένυς, υος, ἡ, mentum ; gena, *hìc. Vid.* θ. 371.

417 Κόμπος, ου, ὁ, crepitus, *propriè* apri dentes acuentis ; *item,* sonitus tripudialis, *Odyss.* θ. 330. *à* κόπτω.

424 Πρότμησις, εως, ἡ, ipsa actio præscindendi, id quod præscinditur ; *unde hìc,* umbilicus aspidis πρότμησις *dicitur ; quoniam ab ipso statim partu umbilicus infantibus præscindi solet ; aut quoniam juxta umbilicum in duo dividitur medius homo.*

425 Ἀγοστὸς, οῦ, ὁ, manuum interior pars, *vel* exterior, cubitus, ulna, palma : *quasi* ἄγων ὀστᾶ, *quia in commissuris brachii vertuntur ossa adductione et deductione nervorum.*

427 Εὐηγενὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, generosus ; *ab* εὖ, *et* γίνομαι, *pleonasmo* τοῦ η, *pro* εὐγενής.

439 Καταχαίριος, ίου, ὁ καὶ ἡ, lethalis, lethifer ; *à* καιρὸς, οῦ, ὁ, occasio ; *sic Eurip.* εἰς καιρὸν τυπεὶς, opportuno in loco vulneratus, *id est, lethaliter.*

441 Ἆ, *vox hominis succensentis, quiritantis, aut commiserantis,* ah, hei, heu ; ἆ δεῖλε, vah timide ! heu miser !

Κιχάνω, *idem quod* κιχέω, α. 26.

454 Ὠμηστὴς, οῦ, ὁ, qui cruda edit ; *ab* ὠμὸς, ἡ, ὸν, crudus, *et* ἔδω, *aliquando* immitis, crudelis, *ut* ω. 207. ὠμηστὴς καὶ ἄπιστος ἀνὴρ, crudelis et infidus vir ; *idem* ὠμοφάγος, ου, ὁ καὶ ἡ, *à* φάγω, edo.

455 Κτερίζω, *f.* ίσω, *Att.* ιῶ, *et* κτερεΐζω, *f.* ΐξω, ψ. 646. supremis honoribus adficio mortuum, exequias celebro : κτεριοῦσι, *hìc est pro* κτερίσουσι, *Attic. ut et* κτεριῶ, *pro* κτερίσω, σ. 334. *à* κτέρεα, ων, τὰ, exequiæ, *quod à* κτάομαι, possideo.

467 Βιάω, vim affero, violo : *à* βία, ας, ἡ, vis ; βιῴατο, *autem Ion. pro* βιῷντο, *contract. ex* βιάοιντο.

474 Θῶς, ωὸς, ὁ, *animal lupo simile ; hìc,* lynx ; *à* θέω, curro ; *sunt enim veloces* θῶες, *etsi brevioribus cruribus.*

476 Ἀπαὶ νεῦρης, *intellige* missa.

Ῥιγεδανὸς, ἡ, ὸν, horribilis, *hìc,* quem omnes exhorrent, *à* ῥῖγος, εος, τὸ, rigor, frigus. 325

Ἐώλπειν, *plusquamperf. poëticâ licentiâ transposito augmento, pro* ἤολπειν· *ab* ἔολπα, *Atticè pro* ἦλπα, *præt. verbi* ἔλπομαι, *pro* ἐλπίζω, spero; ἔλπω *autem* sperare facio. 328

Μέμβλεται, *pro* μεμέληται· *item,* μέμβλετο, *pro* μεμέλητο, *syncope et pleonasmo* τοῦ β, *aut ex* μέμβλω, *idem quod* μέλω, *ex eoque factum, diaplasmo* τοῦ μ, *et parenthesi* τοῦ β, *euphon. gratiâ.* 343

Ἄπαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui non gustavit; *etiam* jejunus; *ab* α *privat. et* πάω, gusto. 346

Ἅρπη, ης, ἡ, falx; *item,* avis quædam rapax aquilæ similis; *ab* ἁρπάζω. 350

Ἐκποτέομαι, *idem quod* ἐκποτάομαι· *hoc autem pro* ἐκπέτομαι, evolo. 357

Κραταιγύαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, firmus, fortis; *à* κραταιὸς, ὰ, ὸν, *et* γύαλον, ου, τὸ, cavitas, *propriè,* vola. 361

Ἐντρέχω, convenio, quadro, aptus sum, *hìc.* 385

Σύριγξ, γγος, ἡ, fistula; *item,* vagina, *seu* receptaculum hastæ, *ut hìc.* 387

Χαλινὸς, οῦ, ὁ, frænum; *à* χαλάω, laxo. 393

Ἵπποιϊν, *pro* ἵπποιν, *gen. dual. ab* ἵππος, *hìc pro* currus. 396

Ἑῶμεν, *pro* ὦμεν, *pleonasmo* τοῦ ε, *ab inusitato* ἕημι, *ex* ἕω, *significat autem idem quod* πληρόω, satio, impleo. 402

Ζεύγλη, ης, ἡ, jugum, circulus; *à* ζευγνύω, jungo. 406

411 Νωχελὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, tardus, segnis; *à νὼ priv. et κέλλω, quod est aliquando ταχέως τρέχω· item,* invalidus; *νωχελία, Ion. -η,* ignavia.
424 Ἰάχων, ουσα, ον, vociferans, *ab ἴα,* vox, *et χέω,* fundo.

CLAVIS HOMERICA

IN Υ. ILIADIS.

3 ΘΡΩ´ΣΚΩ, salio; θρωσμὸς, οῦ, ὁ, tumulus, locus editior, qui velut è terra subsilit.
7 Νόσφ' ὠκεάνοιο, præter Oceanum.
9 Πῖσος, *et* πεῖσος, εος, τὸ, locus humectus, hortus, pratum; *quasi qui possit πίσαι, id est,* potum præbere; *à πιπίσκω,* potum præbeo; *quod à πίνω.*
13 Διὸς ἔνδον, apud ædes Jovis.
14 Νηκουστέω, non audio; *à νὴ, et ἀκούω, pro ἀνηκουστέω, quo utitur Homer. π.* 676.
22 Πτὺξ, χὸς, ἡ, cacumen montis, *hìc.*
27 Ἔχω, *hìc,* sustineo.
34 Ἐριούνης, ου, ὁ, valde utilis; *ab ὄνημι, epithet. Merc. qui dicitur ἐριούνιος,* 72. *hujus libri.*
39 Ἀκερσεκόμης, ου, ὁ, intonsus; *à κείρω,* tondeo: *ita dicitur Apollo, propter radiis intactam solis cæsariem.*
49 Ὁτὲ, *hìc,* aliquando.
53 Καλλικολώνη, ης, ἡ, *hìc,* locus quidam amœnissimus, diis sacer, juxta Simoëntem amnem: *propriè,* pulcher collis, tumulus; *à κολώνη, ης, ἡ, β.* 811. *à κολωνὸς, οῦ, ὁ,* tumulus.
65 Εὐρώεις, εσσα, εν, putris, putridus, situ et mucore obsitus; *item,* tenebrosus; *item,* amplus; *ab εὐρὼς, ῶτος, ὁ,* putredo, situs, mucor.
67 Ἔναντα, contra; *ab ἐν, et ἄντα,* coram; *item,* apertè; ἔναντα Ποσειδάωνος ἵσταт', erat ex adversa parte, stabat contrà.
70 Κελαδεινὸς, ἡ, ὸν, sonorus, tumultuosus; *à κέλαδος, ου, ὁ,* tumultus; *ita dicitur Diana,* παρὰ τὸν γινόμενον εἰς τοῖς κυνηγίοις κέλαδον, propter tumultus venatorios.
72 Σῶκος, ου, ὁ, servator, *Mercurii epitheton, pro σωσίοικος, ου, ὁ, à σώζω, et οἶκος· vel, ὁ ὠκέως σαούμενος,* celeriter evadens incolumis.
80 Ἀντία, *idem quod ἀντίον,* ex adverso, contrà.
93 Λαιψηρὸς, ρὰ, ρὸν, valde mobilis; *ex λα, et αἰψηρὸς,* celer.
109 Ἀρειὰ, ᾶς, ἡ, *Ion.* ἀρειὴ, minæ: *ab ἀρὰ, ᾶς, ἡ,* imprecatio, preces.
129 Ἐκπεύσεται, audiet, 3. *sing. fut.* 1. *ind. verbi ἐκπυνθάνομαι.*

'Εναργὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, perspicuus ; *ab* ἀργὸς, ἡ, ὀν, albus. 131

'Ομήγυρις, εως, ἡ, multitudo hominum congregatorum, cœtus ; *ex* ὁμοῦ, *et* ἄγυρις, *idem ;* ὁμηγερὴς, α. 57. simul congregatus. 142

'Αμφίχυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, terrâ aggestâ utrinque munitus ; *à* χέω, terrâ fusili extruo. 145

'Οφρὺς, ύος, ἡ, tumulus, *id est,* collum, jugum montis. *Vide* α. 528. *hinc* ὀφρυόεις. Ἴλιος ὀφρυόεσσα, Ilium altum, χ. 411. 151

Δυσηλεγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, gravis ; *ab* ἀλέγω, curo : *quasi* δυσαλεγής· *vel, à* λέγω, cubare facio, dormitum dimitto : *adeò ut exponitur* δυσκοίμητος, *ut Odyss.* ψ. 325. δυσηλεγὴς θάνατος, mors tristem habens dormitionem, cujus acerbus est somnus *vel* sopor. 154

Καρκαίρω, resono, sonitum do, pulsatus tremo. 157

Νευστάζω, nuto, caput concutio : *à* νεύω, innuo, annuo. 162

'Ατίζω, *fut.* σω, vilipendo ; *ab* α *et* τίω, *idem ;* ἀτιμάω, *et* ἀτιμέω, *Odyss.* π. 307. *et* ἀτιμάζω, *Iliad.* ι. 450. 166

Γλαυκιάω, glaucis oculis terribiliter intueor ; *à* γλαυκὸς, ἡ, ὸν, glaucus. 172

'Αεσίφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, ventosâ mente præditus, inconstans, stultus, *ut hìc ; ab* ἄω, flo, spiro, *et* φρὴν, mens ; *hinc* ἀεσιφροσύνη, ης, ἡ, *Odyss.* ο. 469. 183

Μετατροπαλίζω, *idem quod* μετατρέπω, converto. 190

Δειδίξεσθαι, territurum esse, *fut.* 1. *infin. verbi* δειδίσσομαι. 201

Πρόκλυτὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, præauditus, præcognitus : *à* κλύω, audio. 204

'Αλοσύδνη, ης, ἡ, *epithet. Thetidis hìc : aliquando Nereidum, aliquando Amphitrites ; fit ab* ἅλς, *genit.* ἁλὸς, ἁλοσύνη, *et per pleonasm.* τοῦ δ, ἁλοσύδνη. 207

Κτίζω, *fut.* σω, condo, ædifico. 216

'Υπώρεια, ας, ἡ, ima montis pars, pes *seu* radix montis ; *ab* ὄρος, εος, τὸ, mons, *Doricè* ὦρος. 218

'Ανθέρικος, ου, ὁ, *et* ἀνθέριξ, ἀνθέρικος, ὁ, *per pleonasm.* τοῦ ν, *pro* ἀθέριξ, *idem quod* ἀθὴρ, έρος, ὁ, arista, pars spicæ acuta. 227

'Ανηρείψαντο, *ab* ἀνερείπτομαι, rapio, corripio, *pleonasmo* τοῦ ι, *pro* ἀνερέπτω· *ab* ἐρέπτω, edo, vescor. 234

'Ελαύνω, *fut.* άσω, agito, induco. 269

Ἕλε, disrupit, 3. *sing. aor.* 2. *verbi* αἱρέω. 280

Μορίμος, ου, ὁ καὶ ἡ, *idem quod* μόρσιμος, *antè,* ε. 674. 302

Ἄσπερμος, ου, ὁ καὶ ἡ, sine semine ; ἄσπερμος γενέη, sine prole genus ; *ab* α *et* σπέρμα, ατος, τὸ, semen. 303

'Ατάω, *et* ἀτέω, *fut.* ήσω, lædo ; ἀτέοντα, *Gyphanius reddit,* tui negligentem ; *quidam legunt* ἀέκητι, invitus. 332

Κατακτάμεναι, interficere, *aor.* 1. *inf. Dor. pro* κατακτεῖναι, *verbi* κατακτείνω. 346

Κολούω, *fut.* ούσω, amputo, detrunco ; *metaph.* μεσσηγὺ κολούει, in medio abrumpit, infectum sinit ; *sed* κωλύω, impedio. 370

Κεάσθη, diffissum est, 3. *sing. aor.* 1. *pass. verbi* κεάζω. 387

'Επεύξατο, gloriatus est, 3. *sing. aor.* 1. *med. verbi* ἐπεύχομαι. 388

'Αΐσθω, *pro* ἀΐω, audio ; *item pro* ἀποπνέω, exspiro. 403

Ἤρυγον, *aor.* 2. *ab* ἐρεύγω, mugio.

411 'Αναφαίνω, *fut.* ανῶ, ostendo, exhibeo ; *ex ἀνὰ, et φαίνω.*
425 'Επιμάσσομαι, tango, ita ut persentiscas ; *ὰ μάσσω,* pinso, tango.
439 Πάλιν ἔτραπε, retorsit.
451 Μέλλω, *aliquando* debeo, *ut hìc.*
458 Καγγόνυ, *pro κατὰ γόνυ.*
459 'Εξαίνυτο, abstulit, 3. *sing. imperf. verbi ἐξαίνυμαι.*
464 Πεφιδοίμην, *aor.* 2. *med. opt. ὰ φείδω, per anadiplasiasmum Ionicum.*
470 'Ολισθέω, *fut.* ήσω, labor, cado ; *ab ὄλισθος,* ου, ὁ, lapsus, casus ; *ab ὄλλυμι ὄλισθε, aor.* 2. *sine augmento.*
482 Μυελὸς, οῦ, ὁ, medulla ; *ὰ μύω,* claudo ; *παρὰ τὸ ἐν μυχῷ εἰλεῖσθαι,* quòd in penetrali claudatur.
483 Σφονδύλιον, ου, τὸ, vertebra, spina dorsi, *seu unum ex* 24 *ossibus, quibus tota spina constructa est ; ὰ σφόνδυλος, ου, ὁ, idem.*
489 Κυκάω, *fut.* ήσω, misceo, turbo, confundo.
490 Ἄγκος, εος, τὸ, vallis, *ab ἀνακεῖσθαι, quòd in ima jaceant ; vel, ἀπὸ τοῦ συγκεκλεῖσθαι καὶ συνάγεσθαι τὰ ξύλα, quòd saltibus et arboribus concludi soleant.*
492 Εἰλυφάζω, convolvo ; *ab εἰλύω. Vide εἰλυφάω,* λ. 156.
496 Εὐτρόχαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, bene currens, volubilis, rotundus, planus ; *ὰ τρέχω. Vide εὔτροχος,* μ. 58.
501 Βάλλω, aspergo, *hìc.*

CLAVIS HOMERICA

IN Φ'. ILIADIS.

1 ΠΟ'ΡΟΣ, ου, ὁ, transitus, *item* alveus, *ut hìc : ὰ περάω,* transeo.
6 Πεφυζότες, *ὰ πεφυζὼς, ὰ πέφυζα, pro πέφυγα, præt. med. verbi φεύγω. Iones enim mutant γ in ζ, aut factum est per syncop. ex πεφυζηκῶς, ὰ φυζῶ, idem quod φεύγω.*
7 Πίτνω, jacio, projicio, ante oculos expando, offundo, *ut hìc ; cujus imperf. πίτνα, tanquam ὰ πιτνάω, et partic. πιτνὰς,* accidens ; *ὰ πίπτω,* cado.
12 'Ακρὶς, ίδος, ἡ, locusta ; *παρὰ τὸ ἄκρα τῶν ἀσταχύων καὶ τῶν φυτῶν νενέμεσθαι.*
20 'Επιστροφάδην, *adv.* conversim, huc illuc se convertendo ; *item,* strenuè, fortiter, valde ; *ὰ στρέφω.*
23 Εὔορμος, ου, ὁ καὶ ἡ, tutus, habens stationem navium opportunam et commodam : *epitheton portûs : ab ὅρμος, ου, ὁ,* statio navium.
38 Ὄρπηξ, ηκος, ὁ, ramus ; *παρὰ τὸ ἕρπειν,* serpere, *serpunt enim in altum*

surculi: vel quasi ὄρμηξ, saliens è trunco, *ab ὁρμάω· vel quasi ὄρφηξ, ab ὀροφὴ,* tectum, *εἰς ὀροφὴν ἐπιτήδειος,* tegendis culminibus idoneus; *ab ἐρέφω.*

Ἀνώϊστος, ου, ὁ καὶ ἡ, inopinatus; *ab οἴω,* puto; *hinc ἀνωϊστὶ,* inopina- 39
to, *Odyss. δ.* 92.

Ὦνος, ου, ὁ, pretium: *ab ὠνέομαι,* emo. 41

Ἄμμεναι, *Dor. pro ἄειν, infin. ex ἄω, pro ἄδω, ex quo ἀέμεναι, Dor.* 70
vel Ion. exempto autem ε, et μ ejus loco inserto, ἄμμεναι, satiatum esse.

Ἱκέτης, ου, ὁ, supplex; *ab ἱκέομαι, aliquando* supplico; *vel ἱκέτης, qua-* 75
si ἱκέστης, ut sit ἱκόμενος εἰς ἑστίαν τινὸς, domum alicujus adiens; *hinc ἱκετήσιος Ζεὺς, Odyss. ν.* 213. Jupiter supplicum præses; *et ἱκετεύω,* supplico, *Il. π.* 574.

Ἄλφω, *idem quod ἀλφάνω,* invenio; *ab ἄλφα, prima alphabeti litera;* 79
ὅτι εὑρέθη πρὸ τῶν ἄλλων, quòd præ aliis inventum est; *nisi malis, ut quibusdam placet, ἄλφα ab ἀλφάνω derivari.*

Λύμην, solverer, *perfect. seu plusquamperf. opt. pass. pro λελυίμην,* 80
à λέλυμαι, præt. pass. verbi λύω. Si perf. pass. exit in μαι purum (ut Rhenius annotat), optativus formatur mutando μαι in ίμην, ut ex λέλυμαι, λελυίμην, à quo syncope τοῦ ι, λελύμην, poët. λύμην· secundùm alios est aor. 2. med. opt. à λῦμι.

Αἰπήεις, εσσα, εν, altus; *ab αἰπὺς, εῖα, ὺ, idem.* 87

Ὁμογάστριος, ίου, ὁ καὶ ἡ, frater, qui ex eodem ventre prodiit, uteri- 95
nus; *ὁ ἐν γαστρὶ ὢν ὁμοῦ· à γαστὴρ.*

Ἐπέρασσα, vendidi, *3. sing. aor. 1. poët. pro ἐπέρασα, à verbo περάω.* 102

Ὀλοφύρεαι, lamentaris, *2. sing. præs. ind. pro ὀλοφύρῃ, à verbo ὀλοφύ-* 106
ρομαι.

Δείλη, ης, ἡ, pomeridianum tempus, tempus vespertinum, *quoniam* 111
tunc ἡ εἴλη τοῦ ἡλίου ἐνδέει est etiam δείλης, ut hìc, et est masc. secundùm Budæum; hinc δείελος, ου, ὁ καὶ ἡ, vesper, *infrà,* 232. *et δείελον ἦμαρ, Odyss. ρ.* 606. *et δειελιήσας,* cœnans, cœnatus, *Odyss. ρ.* 599.

Ἐνταυθοῖ, hìc, huc, *ab ἐνταῦθα, idem quod ἔνθα, ab eoque factum.* 122

Ἀπολιχμάω, delambo, lambendo aufero; *λιχμάζω, vel λιχμάω,* lam- 123
bo; *quod à λείχω, idem.*

Ἀκηδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, securus; *ab α privat. et κῆδος, εος, τὸ,* cura.
Vide ἀκήδεστος, ζ. 60.

Φρὶξ, κὸς, ἡ, superficialis inundatio, *veluti quum mare exiguâ aurâ* 126
stringitur.

Δαϊκτάμενος, ένη, ενον, cæsus, *idem quod δαϊξάμενος, à verbo δαΐζω.* 146

Ἠὼς, όος, οῦς, ἡ, *hìc,* dies, *per synecdoch.* 156

Περιδέξιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, ambidexter; *à δεξιὰ, ᾶς, ἡ.* 163

Ἐπιγράβδην, superficiatim, leviter; *à γράφω.* 166

Σύτο, *pro ἔσσυτο, 3. sing. plusq. perf. pass. verbi σύω.* 167

Ἰθυπτίων, ωνος, ὁ καὶ ἡ, rectà volans, qui recto cursu fertur, eoque 169
valde citato, ut volare videatur; *ab ἰθὺς, εῖα, ὺ,* rectus, *et πέτομαι,* volo.

Ἐκγεγαῶτι, *dat. sing. part. ἐκγεγαὼς, υῖα, ὸς, præt. med. verbi ἐκγάω,* 185
pro ἐκγίνομαι, enascor.

Ἁλιμυρήεις, εσσα, εν, ὁ καὶ ἡ, in mare cum sonitu quodam aut fremitu 190
fluens; *ab ἅλς, ὸς, ἡ,* mare, *et μύρω,* fluo, stillo.

197 Φρεῖαρ, ατος, τὸ, puteus, *poët. pro* φρέαρ, ατος, *idem : quasi* φέραρ, *à* φέρω· ἐξ οὗ φέρεται τὸ ὕδωρ.

203 Ἔγχελυς, υος, ἡ, anguilla, ἀπὸ τοῦ ἐν ἰλύϊ χέεσθαι, *Eustath. vel* ἀπὸ τοῦ ἐν ἰλύϊ ἔχεσθαι, *Etym.*

204 Ἐπινεφρίδιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, renibus obtensus : *à* νεφρὸς, οῦ, ὁ, ren.

213 Ἐφθέγξατο, locutus est, *3. sing. aor.* 1. *med. verbi* φθέγγομαι. *Al.* ἐκφθέξατο.

221 Ἄγη, ης, ἡ, stupor ; *ab* ἀγάω, stupeo.

232 Δείελος, ου, ὁ καὶ ἡ, pomeridianus ; *item* vesper, *ut hìc ; à* δείλη, ης, ἡ, *vers.* 111. *hujus libri.*

Σκιάζω, *fut.* σω, *idem quod* σκιάω, obumbro ; *à* σκιὰ, ᾶς, ἡ.

234 Οἶδμα, *per synecdochen, pro* οἴδημα, ατος, τὸ, tumor ; οἴδματι θύων, æstu fervens, *hìc ;* εἰς οἶδμ' ἅλιον, in undam marinam, tumorem pelagi, *Hymn. in Apoll.* 417. *ab* οἰδέω, tumeo.

249 Ἀκροκελαινιάω, in summo, *vel* superficie nigrico ; *ab* ἄκρος, α, ον, *et* κελαινιάω, nigrico ; *quod est à* κελαινὸς, ἡ, ὸν, ater ; *à* μέλας.

257 Ὀχετηγὸς, οῦ, ὁ, aquæ ductor ; *ab* ὀχετὸς, οῦ, ὁ, canalis, aquæ ductus.

259 Μάκελλα, ης, ἡ, ligo ; παρὰ τὸ μονόθεν πέλλειν, *id est,* κινεῖν, movere ; *vel,* τέμνειν, secare.

Ἀμάρα, ας, ἡ, sulcus in prato, vel horto, per quem aqua ducitur irrigandæ terræ gratiâ ; *ab* ἅμα, *et* ῥέω.

260 Ψηφὶς, ῖδος, ἡ, calculus, *id est,* lapillus ; *à* ψῆφος, ου, ἡ, *idem.*

262 Προαλὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, declivis ; *à* προάλλομαι, prosilio.

281 Εἵμαρμαι, *Atticè pro* μέμαρμαι, *perf. pass. verbi* μείρω, divido ; εἵμαρτο, fato decretum erat, 3. *sing. plusq. perf. pass.*

282 Συφορβὸς, οῦ, ὁ, subulcus, *pro* συοφορβὸς, *Angl.* a swineherd ; *à* σῦς, *et* φορβὴ, ῆς, ἡ, pabulum.

283 Ἔναυλος, ου, ὁ, *hìc* torrens ; *propriè,* tibiis personans : *ab* αὐλὸς, οῦ, ὁ, tibia. *Vide* π. 71.

Ἀποέρσει, *pro* ἀπέρσει, *quod est fut. Æolicum verbi* ἀποέῤῥω, *secundùm quosdam : secundùm alios,* ἀποείρω *significat idem quod* φθείρω.

292 Λωφάω, *fut.* ήσω, respiro, interquiesco, finem facio aliquem infestandi : *metaph. sumpta à bobus, à quorum cervice deponuntur onera ; à* λόφος, ου, ὁ, cervix.

306 Κορύσσω, *hìc* attollo ; *metaph. ducta* ἀπὸ τῆς κόρυθος.

313 Ἵστη, *hìc est imperat. præs. 2. pers. fit ex tertiâ singulari imperf. act. abjecto augmento : ita enim aliquando formatur imperat. tam verborum in* μι, *quàm in* ω *desinentium ; aut, secundùm alios, est pro* ἵσταθι, *per apoc. brevi, quæ præcedebat, mutatâ in longam.*

315 Μέμονα, *hìc,* audeo, cogito, in animo habeo, *præt. med. verbi* μένω.

317 Νειόθι, *pro* νειατόθι, in imo fundo aut parte. *Vide* νειόθεν, κ. 10.

319 Χερὰς, άδος, ἡ, colluvies mista cœno, et lapidibus : *à* χέρμα, acervus parvorum lapidum ; *quod à* χερμὰς, άδος, ἡ, lapis qui manum implere potest : *hoc autem à* χεὶρ, manus.

321 Ἄσις, εως, ἡ, cœnum, limus : παρὰ τὸ ἄζω, sicco ; *unde* ἄσιος, ία, ιον, limosus, β. 461.

323 Τυμβοχοὴ, ῆς, ἡ, tumulus ; *à* τυμβοχοέω, tumulum struo ; *quod à* τύμβος, ου, ὁ, *et inusitat.* χοέω *à* χέω, terrâ aggestâ extruo.

Πιφαύσκεο, *Ion. pro* πιφαύσκου, *à* πιφαύσκω, *quod à* φάω, luceo. 333

Ἀργεστὴς, οῦ, ὁ, albus, velox, procellosus, *epitheton Noti.* 334

Φλέγμα, ατος, τὸ, incendium ; *à* φλέγω. 337

Τιτύσκετο, *hìc*, parabat : *à* τιτύσκομαι, dirigo. 342

Ξηραίνω, arefacio ; *à* ξηρὸς, ὰ, ὸν, siccus ; ἐξηράνθη, *3. sing. aor.* 1. *pass.* 345

Νεοαρδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, nuper irrigatus ; *ab* ἄρδω, irrigo. 346

Ἐθείρω, ex more colo, de more aliquid facio ; *ab* ἔθος, εος, τὸ, mos. 347

Κύπειρος, ου, ἡ, *et* κύπειρον, ου, τὸ, cyperus, herba ex juncorum genere ; *Angl.* wild galangal. 351

Φλύω, *et* φλύζω, nugor ; *item* ferveo, ebullio ; *à* φλέω, *idem ;* φλάζω, *etiam idem significat.* 361

Μέλδω, liquefacio ; μέλδομαι, liquefio, *item pro* μέλδω, *ut hìc ; propriè significat* membra exedo, *et* consumo ; παρὰ τὸ μέλη ἔδειν. 363

Ἀμβολάδην, *pro* ἀναβολάδην, cunctanter ; *ab* ἀμβάλλω, *pro* ἀναβάλλω, tollo, *&c.* 364

Κάγκανος, η, ον, siccus, aridus : *à* καγκαίνω, exsicco ; *sunt qui exponunt* κάγκανα ξύλα, τὰ καινόμενα εἰς τὸ καίεσθαι, amputata ad comburendum, *quasi* κατάκανα, παρὰ τὸ καίνω, *quod est* κόπτω, *syncope et pleonasmo* τοῦ γ.

Χράω, *hìc*, invado furiosè, cum impetu aggredior. 369

Ἄητο, agitabatur, spirabat, ἐκινεῖτο, ὡρμᾶτο, 3. *sing. imperf. med. ab* ἄημι. 386

Σαλπίζω, *usitat. fut.* ίγξω, *et* ίσω, tubâ cano, buccino, resono, *ut hìc ;* *à* σάλπιγξ. 388

Ῥινοτόρος, ου, ὁ, clypeos tendens, *vel potiùs*, perforans, secans. *Martis epithet. à* ῥινὸς, οῦ, ὁ *vel* ἡ, corium ; *item, per synecdoch.* clypeus, *et* τορέω, perforo, penetro. 392

Κυνόμυια, ας, ἡ, musca canina ; *metaph. pro* impudente *et* audace ; *à* κύων, κυνὸς, ὁ *vel* ἡ, *et* μυῖα, ας, ἡ, musca ; *alii legunt* κυνάμυια, *verso o in α.* 394

Δάπτω, *fut.* ψω, voro, dilanio ; *hìc*, saucio. *Vide* ε. 858. 398

Κάλλιπες, deseruisti, *Æol. syncop. pro* κατέλιπες, 2. *sing. aor.* 2. *verbi* καταλείπω. 414

Θητεύω, *fut.* σω, mercede servio ; *à* θὴς, ητὸς, ὁ, qui mercede servit, *Od.* δ. 644. 444

Ῥητὸς, ἡ, ὸν, dicendus, memorandus, celebris ; *item*, constitutus, præfinitus, pactus, *ut hìc ; à* ῥέω, dico, loquor. 445

Πολυγηθὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, gratissimus, multum lætitiæ afferens ; *à* γηθέω, gaudeo. 450

Τηλεδαπὸς, ἡ, ὸν, peregrinus, qui ex longinquo solo advenit ; *à* τῆλε, procul, *et* δάπεδον, terra, solum, pavimentum. 451

Κεκοτηὼς, *pro* κεκοτηκὼς, υῖα, ὸς, *Ion. particip. præt. activi, à* κοτέω, irascor. 456

Σαόφρων, *et* σώφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, cui mens salva est ; *item*, prudens, *quasi diceret* ὁ σάος, *vel* σῶς τὴν φρένα. 462

Ζαφλεγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, valde urens, florens, *ut hìc : à* ζὰ, *et* φλέγω. 465

Δηριαάσθων, *Atticè pro* δηριαέσθωσαν, prælientur, 3. *plur. præs. imperat. med. verbi* δηριάω. 467

495 Χηραμὸς, οῦ, ὁ, caverna, latibulum, lustrum ferarum.
499 Πληκτίζομαι, pugno, usque ad plagam digladior; *à πλήσσω.*
503 Πεπτεότα, *vel* ῶτα, *pro* πεπτῶτα· *à* πεπτεὼς, *pro* πεπτώς· *hoc autem per syncop. pro* πεπτωκώς· πεπτεὼς, *autem facit in obliquis, ut* ἑστεὼς, ῶτος, *vel* ότος, *&c. part. perf. act. verbi* πίπτω· *tanquam à* πτόω.
530 Πυλουρὸς, οῦ, ὁ, portæ custos, urbis portarum custodiæ præfectus, *pro quo* πυλωρὸς, *et* πυλάωρος, *ut hìc; à* πυλὴ, ῆς, ἡ, *et* οὖρος, ου, ὁ, custos; *vel ab* ὤρα, cura.
531 Πεπτάμενος, η, ον, apertus; *à* πεπτάζομαι, pandor, *præt.* πέπταμαι, pansus, explicatus, apertus sum, *quod per syncop. dicitur pro* πεπέτασμαι.
536 Ἅλληται, saliat, *est* 3. *sing. subj. aor.* 1. *ab* ἅλλομαι, salio.
551 Πορφύρω, purpureo colore perfundo; *dicitur et* mare fluctuans πορφύρειν, *unde metaph. dicitur de* animo concitato *et* turbido.
560 Ἑσπέριος, ία, ιον, vespertinus; *ab* ἕσπερος, vesper; *quod ab* ἕως, ω, ὁ, lux, *et* πέρας, finis, *vel* παρὰ τὸ τὸν ἥλιον ἕσπεσθαι, quòd sequatur solem, *Eustath. vel ut Etym.* ἀπὸ τοῦ ἔσω ποιεῖν περᾶν τὰ ζῶα ἀναπαυσόμενα, quòd vesper domum revocet animalia, solvatque à labore diurno.
563 Ἀπαειρόμενος, η, ον, discedens; *ab* ἀπὸ, *et* ἀείρω, tollo.
575 Ὑλαγμὸς, οῦ, ὁ, *idem quod* ὕλαγμα, ατος, τὸ, latratus; *ab* ὑλάω, latro.
578 Ξυμβλήμεναι, congredi, *Dor. pro* συμβλῆναι, *infin. aor.* 2. *verbi* σύμβλημι, *pro* συμβάλλω.
598 Ἡσύχιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, quietus, quiete fruens; *ab* ἥσυχος, *idem.*
605 Θέλγω, mulceo, delinio; *item,* fallo, *ut hìc.*
607 Ἔμπλητο, implebatur, 3. *sing. imperf. pro* ἐνέπλητο, *verbi* ἔμπλημι, *pro* ἐμπλήθω.

CLAVIS HOMERICA

IN X'. ILIADIS.

2 ἈΠΕΨΥΧΟΝΤΟ, abstergebant, 3. *plur. imperf. verbi* ἀποψύχω, refrigero, abstergo, *ut hìc; est et* exspiro, animum efflo; *vel ut Eustath. vult,* animi deliquium patior, *Od.* ω. 347.
12 Ἆλεν *pro* ἄλησαν, *Bœot.* conclusi sunt; συνεκλείσθησαν, συνηθροίσθησαν. *Vide* ἐάλη, ν. 408.
31 Πυρετὸς, οῦ, ὁ, febris; *à* πῦρ, *propter æstum morbi.*
44 Εὖνις, ιος, ὁ καὶ ἡ, *hìc,* orbatus, *in quâ significatione venit ab* εἷς, unus.
59 Πρὸς δὲ, ad hæc verò.
80 Φρονέω, *hìc,* vivo; *vel,* mentis compos sum.
Κόλπον ἀνιεμένη, sinum denudans.

Λαθικηδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, oblivisci doloris faciens, curas oblivione te- 83
gens; *ἀ* λήθω, *et* κῆδος, εος, τὸ, cura.
Χειὰ, ᾶς, ἡ, lustrum; τοῦ ὄφεως κατάδυσις ἡ καταδεχομένη τὸ ζῶον, lati- 93
bulum serpentis; *ἀ* χέω, capax sum.
Ὀρέστερος, έρα, ερον, monticola, montanus, agrestis; *ab* ὄρος.
Ἀποδάζομαι, distribuo; *ἀ* δαίω, divido. 118
Κέκευθε, *aor.* 2. *Ionicâ reduplicatione, pro* ἔκευθε· *ἀ* κεύθω.
Ξυνελαυνέμεν, congredi, *Ion. pro* συνελαύνειν. 129
Οἰμάω, *fut.* ήσω, irruo, impetu feror; *ab* οἴμη, *antè*, λ. 24. 140
Ληκῶ, crepo, sonum edo; *per onomatop. aor.* 2. ἔλακον, *præterit.* 141
med. λέλακα, *et* λέληκα, *unde partic.* λεληκὼς, υῖα, ὁς.
Ταρφέα, *hìc* vehementer; *ἀ* τάρφος, εος, τὸ, densitas. 142
Ἁμαξιτὸς, οῦ, ἡ, via vehicularis, curulis, publica; *ab* ἄμαξα, ης, ἡ, 146
currus, η. 426.
Θέρος, εος, τὸς, æstas; *ἀ* θέρω, calefacio; *quòd eo tempore maximus* 151
calor vigeat.
Πλυνὸς, οῦ, ὁ, labrum, locus ubi lavatur; *item*, vas ad lavandum; *ἀ* 153
πλύνω, lavo: *propriè, de* vestimentis, *ut* λούω, *de* corpore, νίπτω, *de* pe-
dibus *et* manibus.
Λαΐνεος, έα, εον, lapideus, *idem quod* λάϊνος. 154
Ἱερήϊον, victima, *Ionicâ dialysi, pro* ἱερεῖον· *ab* ἱερεὺς, έως, ὁ, sacerdos. 159
Τρωχάω, *pro* τροχάω, *idem quod* τρέχω, *ex eoque factum.* 163
Καταπτήξας, metu perculsus, *aor.* 1. *part. ἀ* πτήσσω. 191
Θάμνος, ου, ὁ, fruticetum, densus fruticibus, frutex, *hìc. Vide* λ. 156.
Ἀνιχνεύω, *fut.* σω, pervestigo, indago; *ab* ἰχνεύω, vestigo, *ab* ἴχνος, 192
εος, τὸ, vestigium.
Προπροκυλίνδομαι, *majoris emphasis gratiâ, pro* προκυλίνδομαι, provol- 221
vor ad pedes alicujus more supplicis; *ἀ* κυλινέω, *vel* κυλίνδω.
Φειδωλὴ, ῆς, ἡ, parsimonia; *ἀ* φείδομαι, parco. 244
Κερδοσύνη, ης, ἡ, astutia, dolus; *ἀ* κέρδος, εος, τὸ, *aliquando*, astutia, 247
versutia.
Ἐπιδώμεθα, testemur, *deos scilicet* testes faciamus; 1. *plur. subj. aor.* 254
2. *med. verbi* δίδωμι. *Vide* ι. 148.
Ἁρμονία, ας, ἡ, *hìc*, pactum; *ab* ἄρω, apto, congruo. 255
Καμμονίη, *pro* καταμονία, perseverantia, victoria, quæ fortiter con- 257
stanterque permanendo paratur, *ut hìc*; *ἀ* καταμένω, constanter per-
maneo.
Ἄλαστος, *propriè*, cujus memoria erit perpetua; *hìc*, qui mala ἄλασ- 261
τα intulit: *Dor. pro* ἄληστος· *ἀ* λήθω, lateo. *Vide* μ. 163.
Συνημοσύνη, ης, ἡ, societatis sanctio, pactum; *ἀ* συνήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ,
socius; *ἀ* σὺν, *et* ἵημι, mitto.
Ὑπάλυξις, εως, ἡ, effugium; *ab* ἀλύσκω. 270
Ἀθρόα πάντα, omnia simul. *Vide* β. 439. 271
Ἠείδης, *pro* εἴδης, *plusquamperf. subj. med. pleonasmo* τοῦ η, *vel Atti-* 280
cû epenthesi τοῦ ει, *pro* ᾔδης, *ab* ᾔδειν, *plusquamperf. ind. verbi* εἴδω, ει
converso in η, *et* ι *subscripto. Al.* ἠείδεις.
Ἀρτιεπὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, loquax, non mutilans verba; *ab* ἄρτιος, ίου, ὁ 281
καὶ ἡ, absolutus numero, aptatus, *et* ἔπος, εος, τὸ.

Ἐπίκλοπος, όπου, ὁ καὶ ἡ, furax; *item* subdolus, vafer, deceptor, *ut hìc; ab* ἐπικλέπτω, furor; *à* κλέπτω.

Ἔπλεο, *à* πέλομαι, sum, *pro* ἐπέλου.

291 Ἀπεπλάγχθη, resiliit; *ab* ἀποπλάζω, aberrare facio.

293 Κατηφήσας, ασα, αν, mœstus; *à* κατηφέω, sum vultu demisso, *à* κατηφὴς, qui est vultu demisso; ἀπὸ τοῦ κάτω τὰ φάη βάλλειν. *Vide* κατήφεια, γ. 51.

301 Ἀλέα, ας, ἡ, vitatio, effugium: *ab* ἀλέω, vito.

305 Ἐσσόμενοι, *pro* ἐσόμενοι, posteri; *ab* εἰμὶ, sum.

319 Εὐηκὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, valde acutus; *ab* ἀκὴ, mucro.

325 Λαυκανία, ας, ἡ, guttur, παρὰ τὸ λαύειν, *idem quod* ἀπολαύειν, fructum capio, *quia hæc pars præ cæteris voluptatem è cibo potuque sentiat.*

328 Ἀσφάραγος, ου, ὁ, *hìc*, gula, guttur; ἀπὸ σφαραγεῖν, *id est*, ἠχεῖν, sonare; *quoniam* δι' αὐτοῦ φωνὴ φέρεται σφάραγος, sonus qui gutture emittitur.

332 Ὀπίζομαι, curo, revereor; *ab* ὄπις, δος, ἡ, π. 388. ultio, *seu* vindicta; *aliquando* cura, *et* consideratio, *ut Od.* ξ. 82.

334 Λελείμμην, relictus eram, 1. *sing. plusq. perf. pass. Ion. pro* ἐλελείμμην, *verbi* λείπω.

336 Ἑλκέω, *f.* ήσω, *hìc*, dilacero in diversas partes trahendo; *ab* ἕλκω.

Ἀϊκῶς, turpiter, indecenter, *pro* ἀεικῶς, *idem; ab* α *priv. et* εἴκω. *Vide* ἀεικίζω, π. 546. *et* ἀεικὴς, α. 340. *et* κ. 483.

349 Εἰκοσινήριτος, ου, ὁ καὶ ἡ, de quo viginti contendunt; *ab* εἴκοσι, viginti, *et* ἐρίζω, contendo.

356 Προτιόσσομαι, aspicio, intueor, præsagio, divino, *ut hìc; ab* ὄσσομαι, *idem, quod ab* ὄσσα, ης, ἡ, *aliquando* omen.

358 Μήνιμα, ατος, τὸ, ira, *seu* ultio divina; *à* μῆνις· μηνιθμὸς, οῦ, ὁ, *idem,* π 62.

363 Ἀρότης, ητος, ἡ, magnitudo, robur. *Vide* π. 857.

370 Φυὴ, ῆς, ἡ, statura, *hìc. Vide* α. 114.

373 Ἀμφαφάασθαι, tractari, circum tractari; *ab* ἀμφὶ, *et* ἀφάω, tracto, *quod ab* ἀφὴ, ῆς, ἡ, tractus; *ab* ἅπτομαι, tango: *pro* ἀμφαφᾶσθαι.

396 Τέτρηνε, *aor.* 1. *à* τετραίνω, *pro* τιτραίνω· *à* τετράω, terebro, perforo.

397 Πτέρνα, ης, ἡ, calx, calcaneum; *hinc illa nomina murium* πτερνογλύφος, *Batrach.* 222. πτερνοτρώκτης, *ibid.* 29. *et* πτερνοφάγος, *ibid.* 224.

406 Καλύπτρη, ης, ἡ, velamen, *Ion. pro* -α, ας· *à* καλύπτω.

411 Σμύχω, *fut.* ξω, attero, consumo; *item*, uro, incendio *seu* igne vasto; σμύχομαι, uror, inflammor.

414 Λιτανεύω, *fut.* σω, supplico; *à* λίσσομαι· ἐλλιτάνευε, *pro* ἐλιτάνευε.

Κόπρος, ου, ὁ *vel* ἡ, fimus. *Vide* σ. 575.

428 Δυσάμμορος, *vel* δύσμορος, ου, ὁ καὶ ἡ, infelix; *à* δὺς, *et* μόρος, ου, ὁ, fatum.

431 Βείομαι, vivam. *Vide* π. 853.

441 Θρόνον, ου, τὸ, flos, pigmentum; παρὰ τὸ ἄνω θορεῖν ἐκ τῆς γῆς.

448 Κερκὶς, ίδος, ἡ, radius textorius; ἀπὸ τοῦ κρέκειν, *quod est* ἠχεῖν, *transpositâ literâ* ρ.

451 Ἑκυρὰ, ᾶς, ἡ, *Ion.* ἑκυρὴ, socrus; *ab* ἑκυρὸς, οῦ, ὁ, *antè*, γ. 172.

460 Μαινὰς, άδος, ἡ, furiosa, insana; *à* μαίνομαι.

467 Ἀποκαπύω, *fut.* σω, efflo, exspiro; *à* καπύω, flo, *quod à* κάπω, *pro*

quo κάπτω, flo, spiro; *ἀπὸ ἐκάπυσσε, per tmesin pro ἀπεκάπυσε, 3. sing. ind. aor.* 1. *act.*

Κεκρύφαλος, ου, ὁ, reticulum, quo mulieres crines suos compescunt; 469 *ἀ* κρύπτω.

Ἀμβλήδην, *pro ἀναβλήδην, seu ἀναβολάδην,* procrastinando; *item,* cunc- 476 tanter, *et* segniter; *ab ἀναβάλλω,* remoror, protraho. *Vide φ.* 364.

Παναφῆλιξ, κος, ὁ καὶ ἡ, qui caret æqualibus; *ab ἧλιξ, κος,* coætane- 490 us, *quod ab ἡλικία, ας, ἡ.*

Ὑπεμνήμυκε, tristatus est, *vel* dejectus. *Eustath. diplasiasmo et pleo-* 491 *nasmo usurpatum scribit, pro ὑπήμυκε· ab ὑπημύω, significatque, ait, τε-ταπείνωμαι ab ἡμύω,* inclino, cado.

Ἐδίηνε, 3. *sing. ind. aor.* 1. *verbi διαίνω,* irrigo. 495

Ἀμφιθαλής, έος, ὁ καὶ ἡ, circum floridus; *item,* patrimus, *et* matrimus, 496 cui pater et mater adhuc vivunt, *ut hìc: ab ἀμφὶ, et θάλλω,* floreo.

Ἐνίσσω, *idem quod ἐνίπτω. Vide β.* 80. 497

Νηπιαχεύω, instar vagientis doleo, pueriliter me gero; *ἀ νήπιος, ίου,* 502 *ὁ,* infans, *et ἀχεύω,* doleo.

Ἀπὸ πατρὸς ἀμάρτων, patre privatus. 505

Ἐγκείσεαι, jacebis, 2. *sing. fut. verbi ἔγκειμαι.* 513

CLAVIS HOMERICA

IN Ψ'. ILIADIS.

6
ἘΡΙΗΡΕΣ, chari, *Ion. pro ἐρίηροι, ab ἐρίηρος, ου, ὁ καὶ ἡ,* amabilis, valde conjunctus et aptus; *ab ἔρι, et ἐράω,* amo; *alii ab ἄρω,* apto.

Τεταρπώμεσθα, *pro ταρπώμεθα, aor.* 2. *med. subjunct. Vide ι.* 701. 10

Ὠμὰ δάσασθαι, in frusta secari, in frusta cruda discerpi. 21

Ἀφοπλίζω, armis spolio; *ἀφοπλίζομαι,* armis spolior, *item,* arma de- 26 pono, exuo, *ut hìc: ἔντια ἀφοπλίζοντο,* arma exuerunt; *ab ἀπὸ, et ὅπλον,* arma.

Τάφος, ου, ὁ, epulum funebre; *propriè,* sepulchrum, *ut hìc; ἀ θάπτω,* 29 sepelio.

Ὀρέχθεον, mugiebant; *ab ὀρεχθέω,* cupio: *item,* suspiro: *est vox ficta,* 30 *ad imitationem suspirii quod animam efflantes edunt, ut hìc: ab ὀρέγο-μαι,* appeto, *ο in imperf. pro ω.*

Εὑόμενοι, assati; *ab εὕω,* uro, ustulo. 33

Κοτυλήρυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, in poculum fluens; *ἀ κοτύλη, ης, ἡ,* poculum, 34 *et ῥέω,* fluo: *vel,* volæ haustus, quantum utrâque manu haurire potes, multus; *ab ἀρύω,* haurio, *et κοτύλη,* vola.

50 Ἀξέμεναι, comportare, *fut.* 1. *infin. Dor. pro* ἄξειν, *à verbo* ἄγω.
55 Ἐσσυμένως, studiosè, cum fervore; *à* σύω, incito, *geminato* σ, *quod à* σεύω, *idem.*
61 Κλύζω, *dicitur de* quodam sonitu quem edunt fluctus, *ut hìc.*
62 Μελέδημα, τος, τὸ, cura: *à* μελεδαίνω, curo: *dicitur* παρὰ τὸ τὰ μέλη ἔδειν.
72 Καμόντες, mortui, *à* κάμνω, *aliquando* ægroto; *idem etiam* κεκμηκότες.
74 Ἀλάλημαι, *ab* ἀλάλημι, *per reduplicationem pro* ἄλημι, vagor, erro, *ab* ἀλάομαι.
76 Μὲ πυρὸς λελάχητε, ignis me consortem feceritis; *à* λαγχάνω, sortior.
79 Ἀμφιχαίνω, absorbeo, deglutio, *propriè,* circumhio; *à* χαίνω.
82 Ἐφήσομαι, *fut.* 1. *med. verbi* ἐφίημι, *ex inusitat.* ἐφέω *aliquando est fut.* 1. *ab* ἐφήδομαι, delector, gaudeo; *ab* ἥδομαι.
88 Ἀστράγαλος, ου, ὁ, *hìc,* ludus talorum. *Vide* ξ. 466.
90 Ἐνδυκέως, accuratè, humaniter, prompto animo.
91 Σορὸς, οῦ, ἡ, conditorium, sepulchrum, urna.
92 Ἀμφιφορεὺς, έως, *Ionicè* ῆος, ὁ, amphora, *id est,* vas utrinque auriculas habens, quibus gestari potest: *ab* ἀμφὶ, *et* φέρω.
97 Ἀμφιβάλλω, *hìc,* complector, amplector.
102 Συμπλαταγέω, *fut.* ήσω, manibus complosis strepitum edo; πλαταγέω, crepito, crepitaculo sonitum edo; *à* πλαταγὴ, ῆς, ἡ, crepitaculum; *quod à* πλατάσσω, ex ictu sonitum excito; *hoc autem à* πλατὺς, εῖα, ύ.
116 Ἄναντα, κάταντα, πάραντα, τὰ, acclivia, declivia, prærupta, *poët. pro* ἀνάντη, κατάντη, παράντη· *ex* ἀναντὴς, καταντὴς, παραντὴς· *ab* ἀνὰ, παρὰ, *et* κατὰ, *et* ἀντάω, occurro, obviam eo.
123 Φιτρὸς, οῦ, ὁ, stipes, truncus; *dicitur quasi* φιτυρὸς· *nam* φίτυ *est* τὸ φυτὸν, *Eustath.*
126 Ἠρίον, ου, τὸ, monumentum, sepulchrum; *ab* ἔρα, terra, *ob terram affusam mortuis.*
132 Παραιβάτης, ου, ὁ, transgressor, pugnator è curru, *à* παραὶ, *et* βαίνω.
135 Καταειννύω, induo, convestio, tego; *ab* εἰνύω, *idem quod* ἕω, induo, *et* κατὰ.
139 Νηέω, *fut.* ήσω, glomero, acervo, *ut hìc;* *à* νέω, glomero.
147 Ἔνορχος ου, ὁ, mas, masculus, *propriè* testiculatus; *pro* ἔνορχις· *ab* ὄρχις, εως, ὁ, testiculus.
Παρὰ αὐτόθι, ibidem.
160 Ταγὸς, οῦ, ὁ, dux: *à* τάσσω, ordino: *alii leg.* οἵ τ' ἀγοί.
163 Κεδεμὼν, όνος, ὁ, qui rei alicujus curam gerit, curator, procurator funeris, *hìc;* *à* κῆδος, εος, τὸ, funus.
169 Δαρτὸς, ἡ, ὸν, *et* δρατὸς, excoriatus; *à* δέρω.
186 Ῥοδόεις, εσσα, εν, rosaceus; *à* ῥόδον.
187 Ἀποδρύφω, *idem quod* ἀποδρύπτω, dilacero, excorio; *à* δρύπτω, lacero, excortico; *quod à* δρῦς.
Ἑλκυστάζω, trahendo rapto; *ab* ἑλκύω.
191 Σκήλῃ, arefaceret, *aor.* 1. *subj. secundùm Eustath. à* σκάλλω· *nam si à* σκέλλω *esset, faceret* σκείλῃ. *Alii autem (cum* σκάλλω *nullam habeat hujusmodi significationem, qualis hìc est) à* σκέλλω *deducunt.*

Νύμφιος, ου, ὁ, sponsus: *apud Homer. dicitur,* qui ante unum aut 223
plures annos uxorem duxit; *à* νύμφη, ης, ἡ, sponsa.

'Ερπύζω, *fut.* σω, repto; *ab* ἕρπω, *idem.* 225

'Εωσφόρος, ου, ὁ, lucifer, stella auroræ prænuntia; *ab* ἕως, *pro* ἠώς, 226
όος, οῦς, ἡ, aurora, *et* φέρω.

Σβέσατ', extinguite, 2. *pl. aor.* 1. *imperat. verbi* σβέννυμι. 237

Θείομεν, ponamus, 1. *pl. aor.* 2. *subj. poët. pro* θῶμεν, *verbi* τίθημι. 244

Τιθήμεναι, ponere, *poët. ectasi pro* τιθέμεναι, *Dor. pro* τιθέναι, *præs. in-* 247
fin. act. verbi τίθημι.

῎Αλλεγον, *pro* ἀνάλεγον, *et hoc pro* ἀνέλεγον, collegerunt. 253

Τορνόω, *fut.* ώσω, torno, cœlo, *item* circulo circumscribo; *à* τόρνος, ου, 255
ὁ, *Angl.* a turner's lathe, *quod à* τερέω, terebro, torno; τορνώσαντο, 3.
pl. aor. 1. *med. Ion.*

'Ιζάνειν ἀγῶνα, instituere ludos; ἰζάνω *enim aliquando* instituo. 258

'Ωτώεις, εσσα, εν, ansatus; *ab* οὖας, ατος, τὸ, auris. 264

Εἰκοσίμετρος, ου, ὁ καὶ ἡ, viginti mensuras capiens; *ab* εἴκοσι, viginti,
et μέτρον, ου, τὸ, mensura.

'Εξέτης, ου, ὁ καὶ ἡ, sexennis; *ab* ἕξ, *et* ἔτος, εος, τὸ, annus, *pro quo* 266
ἑξαετής.

Βρέφος, εος, τὸ, infans, fœtus recèns editus; *aliquando* brevì edendus,
ut hìc; per metath. literæ φ, παρὰ τὸ εἰς φῶς βεβηκέναι, quòd in lucem
editus sit.

Κυέω, *fut.* ήσω, in utero gesto, concipio; *à* κύω.

Κεχανδὼς, υῖα, ὸς, capax, *à* χάζω, capio, capax sum, *præt. med.* κέ- 268
χαδα, *et inserto* ν, κέχανδα.

'Αμφίθετος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui utrinque poni potest; *ab* ἀμφὶ, *et* τίθημι. 270

'Απύρωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, igni nunquam admotus, itaque novus; *à* πῦρ,
ρὸς, τὸ, ignis. *Vide* ι. 122.

'Ερηρέδαται, *Ionicè pro* ἐρηρεισμένοι εἰσὶ, *factum est* ἐρήρεισται, *ut* ἐῤῥάδα- 284
ται, *antè,* μ. 431. ἐρήρειστα *autem est tertia singularis, ab* ἐρήρεισμαι,
præt. pass. factum ex præt. act. ἐρήρεικα, *habente Atticam reduplicatio-
nem, pro* ἤρεικα· *ab* ἐρείδω.

Στέλλομαι, *hìc,* accingor, instruor, paror; *à* στέλλω, apparo. 285

῎Εγερθεν, *Bœot. pro* ἐγέρθησαν, surrexerunt, 3. *plur. aor.* 1. *pass. verbi* 287
ἐγείρω.

'Εκέκαστο, instructus, *vel* ornatus erat, 3. *sing. plusquamperf. verbi* 289
κάζω.

Βάρδιστος, *pro* βράδιστος, *metri causâ: βράδιστος autem est superlativus* 310
à βραδὺς, εῖα, ὺ, brevis; *cujus comparat.* βραδύτερος, *et* βράσσων, κ. 226.
pro βραδίων· *est etiam* βραδύτατος, η, ον, *superlat.*

'Αφάρτερος, έρα, ερον, velocior; *ab* ἄφαρ, statim, continuò, α. 349. 311

'Ερεχθόμενος, η, ον, jactatus, *hìc;* molestiâ affectus, oppressus, *Hymn.* 317
in Apoll. 358. *est et* ἐρέχθων, animum curis dissecans, *et* discrucians,
Od. ε. 83. ἄλγεσι θυμὸν ἐρέχθων· *ab* ἐρέχθω, scindo, cædo, quasso.

Προύχων, ουσα, ον, procedens, eminens; *à* πρὸ, *et* ἔχων, *poët. pro* προέ- 325
χων.

'Οργυιὰ, ᾶς, ἡ, ulna; *item,* passus, mensura senum pedum; *quidam* 327
exponunt, spatium quantum protensa hominis utrinque brachia ab al-

tero summo medio digito ad alterum trajecta per pectus longitudine patent; *ab ὀρέγω, Eustath. factâ syncop. vel ut alii, ἀπὸ τοῦ τὰ γυῖα μετρεῖν.*

330 Ξυνοχὴ *pro* συνοχὴ, ῆς, ἡ, *hìc*, coarctatio, in angustum contractio, angustiæ viarum; *à* συνέχω, constringo.

332 Νύσσα, ης, ἡ, meta; *à* νύσσω, pungo, fodio; *ἀπὸ τοῦ ἐλθόντας κατ' αὐτὴν νύσσειν τοὺς ἵππους*, quòd ii qui ad eam tendunt, calcaribus incitare soleant equos ad vehementiorem cursum.

337 Κένσαι, *à* κέντω, *quod aliquando dicitur pro* κεντέω, pungo, *ut hìc*.

340 Ἐπαυρεῖν, *hìc*, impingere, contingere; *ab* ἐπαυρέω, *propriè*, fruor; *item*, damnum accipio; *item*, assequor, consequor, contingo.

343 Πεφυλαγμένος, η, ον, cautus; *φυλάσσομαι enim idem significat quod φυλάσσω, nempe aliquando* observo, caveo, vito.

344 Παρεξελάσῃσθα, prætervectus fueris; 2. *sing. fut. subj. pro* παρεξελάσῃς, *θα per paragogen Æol. additâ, verbi* παρεξελαύνω.

358 Μεταστοιχεὶ, *adv.* ordine, serie, ordinatim; *Angl.* in a row, one after another, *or* one by the side of another: *ex* μετὰ *et* στοῖχος, ordo.

361 Μεμνέωτο, *pro* μεμνέοιτο, *per ectasin: hoc autem dialysi, pro* μεμνοῖτο, *quod apud Cratem invenitur; hoc autem pro* μεμνῆτο, *præt. optat. verbi* μνάομαι *pro quo etiam legitur* μεμνῷτο, *apud Xenophontem, et* μεμναίατο, *apud Pindarum: secundùm Eustath. est pro* μεμνῷτο, *epenthesi* τοῦ ε, *hoc autem pro* μνῷτο, *per anadiplasiasm.* μνῷτο *autem est 3. sing. præs. optat. contract. ex* μνάοιτο.

362 Ἄειραν, sustulerunt, 3. *pl. aor.* 1. *Ion. pro* ἤειραν, *verbi* ἀείρω.

368 Πίλνημι, *idem quod* πελάζω, appropinquare facio; πίλναμαι, *idem quod* πελάζομαι, appropinquo.

387 Ἐβλάφθησαν, affligebantur, 3. *pl. aor.* 1. *pass. verbi* βλάπτω.

388 Ἐλεφαίρω, decipio, lædo; *idem* ἐλεφαίρομαι.

396 Θρυλλίζω, *vel* θρυλλίσσω, murmuro; *à* θρύλλος, ου, ὁ, susurrus: *sed quando significat* frango, comminuo, collido, *ut hìc, potiùs derivatur à* θραυλίζω, *et* θραύω, frango; θρυλλίχθη, 3. *sing. aor.* 1. *pass. Ion.*

420 Ῥωχμὸς, οῦ, ὁ, scissura, rima, hiatus; *à* ῥωγὴ, ῆς, ἡ, fissura, *quod à* ῥήγνυμι.

422 Ἁματροχία, ας, ἡ, rotarum concursus, curruum concursus; *à* τρέχω· *hinc* ἁματροχάω, simul curro, *Od.* ο. 450.

431 Οὖρον, ου, τὸ, *hìc, idem est quod* ὅρμημα, *Angl.* space, a measured space, *ut sit ab* ὄρω, *vel* ὀρούω.

435 Συγκύρω, *fut.* σω, *idem quod* προσκρούω, collido; συγκύρσειαν, *aor.* 1. *opt. Æol.*

453 Φράζομαι, *hìc*, video, animadverto; φράσσατο, 3. *sing. aor.* 1. *med.*

458 Αὐγάζομαι, *hìc*, video, intueor; *ab* αὐγὴ, ῆς, ἡ.

459 Παροίτερος, α, ον, prior, *ratione temporis, vel loci; à* πάρος.

474 Λαβρεύομαι, præceps sum in loquendo; *à* λάβρος, vorax, *antè*, β. 148.

479 Λαβραγόρης, ου, ὁ, loquax, præceps in loquendo; *à* λάβρος, vorax, *et* ἀγορέω, dico.

ταῖς χερσὶν, vel quasi αὔληρα παρὰ τὸν αὐλὸν, ut sint τὰ ἐπιμήκη.

481 Εὔληρα, ων, τὰ, lora, habenæ; *dicuntur quasi εἴληρα, παρὰ τὸ εἰλεῖσθαι*

531 Ἥκιστος, η, ον, minimus, tardissimus; *ab* ἦκα, quietè.

Λοίσθος, η, ον, ultimus, postremus, *idem* λοίσθιος, *hinc* λοισθήϊ' ἔθηκε, 751. 536
hujus libri; λοισθήϊα sunt præmia quæ ultimo dantur.
Χεῦμα, ατος, τὸ, quod fusum, effusum, *aut* diffusum fluit; *à* χέω, 561
fundo: *sed hìc*, extrema ora rei.
Ἐπιπλήσσω, *fut.* ξω, increpo. 580
Ῥαδινὸς, ἡ, ὸν, tenuis, gracilis; ἀπὸ τοῦ ῥᾷον δινεῖσθαι. 583
Ὑπερβασία, ας, ἡ, transgressio; *ab* ὑπὲρ, *et* βαίνω. 589
Ἀλδέω, *fut.* ήσω, audeo; ἀλδήσκω, incrementum accipio, cresco. 599
Νεοίη, ης, ἡ, juvenilis ætas; *à* νέος, juvenis. 604
Ἀγὼν, *aliquando significat* spectantium certamen multitudinem. 617
Αὔτως, *hìc*, gratìs. 621
Παλαίω, *fut.* σω, luctor, certo; *à* πάλη, ης, ἡ, lucta, *infrà*, 635. *unde*
et παλαισμοσύνη, *idem, infrà*, 701. *à* πάλλω, agito, *quia corpus luctando*
agitatur.
Ἀκοντιστὺς, ύος, ἡ, jaculatio, jaculandi ars, jaculandi certamen; *ab* 622
ἄκων, οντος, ὁ, jaculum.
Παρήλασαν, præteregerunt, 3. *plur. aor.* 1. *verbi* παρελαύνω. 638
Πρόσθε βαλὼν, superans numero. 639
Κτερέϊζε, celebra exequias, 2. *sing. præs. imperat. verbi* κτερεΐζω. 646
Ἀλγίων, ἄλγιστος, molestior, molestissimus; difficilior, difficillimus, 655
comparat. et superlat. ab ἄλγος, εος, τὸ, molestia.
Πεπληγέμεν, percutere, ferire, *Ion. pro* πεπληγέιν, *verbi* πεπλήγω, *à* 660
præt. med. πέπληγα, *verbi* πλήσσω.
Ἀράξω, frangam, 1. *sing. fut. verbi* ἀράσσω. 673
Ἐξοίσουσι, efferent *ad sepulturam*, 3. *pl. fut. verbi* ἐκφέρω. 675
Δεδουπὼς, υῖα, ὸς, *hìc*, mortuus; *sed fortè propriè*, cadens, *vel* qui ce- 679
cidit; *partic. à* δουπέω, obstrepo, cadendo sono.
Παρακάββαλεν, projecit, 3. *sing. aor.* 2. *pro* παρακατέβαλε. 683
Χρόμαδος, ου, ὁ, strepitus dentium ex vulnere collisorum, *factum per* 688
onomatop.
Φυκιόεις, εσσα, εν, algosus; *à* φῦκος, εος, τὸ, fucus, alga. 693
Πτύω, *fut.* σω, spuo. 697
Ἀλλοφρονέων, ουσα, ον, mente alienatus, insanus; *ab* ἄλλος, *et* φρονέω. 698
Ἀμείβοντες, tigna ædificium sustinentia, trabes, quæ sese invicem 712
fulciunt.
Σμώδιγξ, *idem quod* σμῶδιξ, *antè*, β. 267. 716
Σφῆλαι, movere, *à* σφάλλω, supplanto. 719
Κῶληψ, πος, ὁ, talus, sura, poples; *à* κῶλον, membrum. 726
Χανδάνω, *à* χάζω, *idem*; capax sum. 742
Τέτατο, extendebatur, *Ion. pro* ἐτέτατο, 3. *sing. plusquamperf. pass.* 758
verbi τείνω.
Πήνιον, ου, τὸ, *hìc est*, stamen, *seu* filum, quod è colu deducitur, et 762
fuso dissolvitur; *propriè est*, fusum ipsum, *inquit Suidas; à* πῆνος, ου,
ὁ, *et* πήνη, ης, ἡ, textum; *à* πένω, laboro; *alii*, ἀπὸ τοῦ Πᾶνος, *quia*
Pan perhibetur inventor artis textricis.
Μίτος, ου, ὁ, licium, filum quod stamini implicatur.
Ἀϋτμὴν, ένος, ὁ, halitus; *ab* ἄω, spiro. 765
Ὀλισθέω, ῶ, *fut.* ήσω, labor, *-eris.* 774

777 Ὄνθος, ου, ὁ, stercus, *seu* fimus jumentorum, *vel* boum.
791 Ὠμογέρων, οντος, ὁ καὶ ἡ, cui viridis et cruda est senectus, cui, licet seni, caput non est canum.
792 Ἐριδδέω, contendo, *poët. pro* ἐριδέω· *hoc autem factum ex futur.* 2. ἐριδῶ· *ab* ἐρίζω, *quod est ab* ἔρις.
806 Ἔνδινα, ων, τὰ, intestina; *ab* ἔνδον, intus.
826 Σόλος, ου, ὁ, discus, orbis; *à* σῶ, *quia quatitur.*
Αὐτοχόωνος, ου, ὁ καὶ ἡ, veluti suâ sponte fusus, crassâ Minervâ fusus, ingens, *ut alii exponunt*; *à* χῶνος, ου, ὁ, fornax fusoria, *à* χέω, fundo.
827 Ῥιπτάσκω, *idem quod* ῥιπτάζω, præcipitem do, projicio.
832 Ἀπόπροθι, nimiùm longè.
834 Χρεώμενος, η, ον, *per pleonasmum* τοῦ ε, *pro* χρώμενος.
845 Καλαῦροψ, οπος, ἡ, pedum pastorale; *dicitur quasi* κᾶλον αὖ ῥέπον, lignum in summo repandum.
851 Ἡμιπέλεκκον, ου, τὸ, securicula, dimidiata securis; *à* πέλεκυς.
852 Ἱστὸς, οῦ, ὁ, malus; *ab* ἵστημι, sto.
863 Ἀπειλέω, *fut.* ήσω, *hìc*, voveo.
866 Μήρινθος, ου, ἡ, funiculus; *à* μηρύω, glomero.
868 Παρείθη, dimissus est; *à* παρίημι, *cujus præt. passiv.* παρεῖμαι, *ex cujus tertia* παρεῖται, *aor.* 1. παρείθην, *usitatius est* παρέθη.
881 Θηεῦντο, intuebantur, *Dor. pro* ἐθηοῦντο, *quod Ion. pro* ἐθηῶντο, *3. pl. imperf. verbi* θεάομαι.
886 Ἥμων, ονος, ὁ, jaculator, *verbale ab* ἵημι, mitto.
887 Ἂν, *pro* ἀνέστη, surrexit.
890 Ἴδμεν, scimus, *Dor. seu Æol. pro* ἴσμεν, *per syncop. pro* ἴσαμεν, 1. *plur. præs. ind. act. verbi* ἴσημι.

CLAVIS HOMERICA

IN Ω'. ILIADIS.

12 ΔΙΝΕΥΩ, *fut.* σω, verso, moveo, oberro; *quidam exponunt* δινεύεσκε, volutabat se, *à* δινέω.
Ἀλύων, ουσα, ον, sese afflictans; *ab* ἀλύω, errabundâ et incertâ mente afficior; *ab* ἀλῶ, vagor; *quòd qui anxii sunt vagari soleant; vel ex α priv. et* λύω, *ut sit*, malorum solutionem non invenio.
15 Δησάσκετο, alligabat; *verbum poët. à* δέω, ligo; *vel potiùs pro* ἐδήσατο, *aor.* 1. *med.*
25 Ἐήνδανον, *pro* ἥνδανον, *pleonasmo* τοῦ ε, *ab* ἀνδάνω.
27 Ἔχον, *hìc*, affecti erant.
30 Μάχλος, ου, ὁ καὶ ἡ, impurus, lascivus; αχλοσύνη, ης, ἡ, lascivia.
33 Δηλήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, noxius; *à* δηλέω, lædo.

Κτέρεα, ων, τὰ, exequiæ, inferiæ, justa funebria, *Angl.* funeral obse- 38
quies: κτέρεα κτερίσειαν, justa exequiarum persolverent. *Vid.* λ. 455.
à κτάομαι, possideo.

Ὀνίνημι, *idem quod* ὄνημι. 45

Θήσατο μαζὸν, suxit mammam; θήσατο, *pro* θηλάσατο, *per sync. à* 58
θηλάζω· *vel, ut alii volunt, aor.* 1. *med. verbi* θάω, *ex quo* θαλὴ *derivari creditur.*

Περὶ κῆρι, ex animo. 61

Ἀντιάομαι, *hìc,* intersum. 62

Ἀποσκυδμαίνω, irascor, succenseo. *Etym. propriè dici scribit de leo-* 65
nibus ob catulos surreptos concitatis; ἀπὸ τοῦ σκύμνος, καὶ μεναίνειν· alii deducunt simpliciter à σκύζω, ad iram concito.

Ἀμαρτάνω, *fut.* ήσω, *hìc,* prætermitto. 68

Παρμέμβλωκε, advenit, *Æol. per syncop. pro* παραμέμβλωκε, *3. sing.* 73
perf. pro παραμεμόληκε.

Μολύβδαινα, ης, ἡ, pila, *seu* massa plumbea; μολίβδαινα, *idem; à* μό- 80
λιβδος, ου, ὁ, plumbum.

Βυσσὸς, οῦ, ὁ, *Ion. idem quod* βυθὸς, profunditas, fundum; *à* βαίνω·
sed βύσσος, byssus.

Προτιάπτω, *pro* προσάπτω, alligo, appendo, affigo; *item,* attribuo, de- 110
fero, *ut hìc; à* πρὸς, *et* ἅπτω, necto.

Τέο μέχρις, quousque. 128

Τῇδη, huc. 139

Ἰήνῃ, sanet, placeat, *3. sing. præs. subj. verbi* ἰαίνω. 147

Ἀλιτήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, peccator, peccatrix; *quidam exponunt,* in- 157
exorabilis. *Eustath.* qui sponte ab officio aberrat; *Budæus,* qui sciens prudensque peccat.

Εφυρον, rigabant; *à* φύρω, *fut.* υρῶ, *Æol.* φύρσω, *præt.* υρκα, misceo; 162
item, inquino, rigo.

Ἐντυπὰς, impresso corporis vestigio, obvolutim: *ita tectus,* ὥστε μό- 163
νον τὸν τῶν μελῶν τύπον φαίνεσθαι· *à* τύπος, ου, ὁ, vestigium, typus.

Καταμήσατο, accumulabit; *à* καταμάω, *ab* ἀμάω, meto; *item,* colli- 165
go, accumulo: *alii leg.* κατεμήσατο.

Κέατο, jacebant, *Ion. pro* ἔκειντο, *3. plur. imperf. verbi* κεῖμαι. 168

Πεφιδήσεται, parcet, *3. sing. paulò post fut. verbi* φείδω. 187

Πείρινς, *genit.* ινθος, *accus.* πείρινθα, *ut hìc,* arcula: *propriè,* crates 190
ex viminibus, *quæ imponitur currui, et in quâ ponuntur ea quæ vehuntur.*

Γλήνεα, ων, τὰ, pretiosa, spectaculo digna; *à* γλήνη, ης, ἡ, pupilla 192
oculi. *Vide* θ. 163.

Κλέομαι, celebror. 202

Ἐσθέμεναι, edi, *Dor. pro* ἔσθειν, *præs. inf. ab* ἔσθω. 213

Προσφῦσα, *hìc,* adhærens; *à* πρόσφυμι, *quod à* προσφύω.

Ἄντιτος, *per sync. pro* ἀντίτιτος, ου, ὁ καὶ ἡ, vicissim punitus; *à* τίω.

Θυοσκόος, ου, ὁ καὶ ἡ, aruspex, qui intelligit ea quæ per sacrificia ig- 221
nita significantur; *à* θύος, τὸ, sacrificium, *et* κοέω, *Ion. pro* νοέω, intelligo; *vel à* καίω, uro.

Τεθνάμεναι, mori, *Dor. pro* τεθνάναι, *à* τέθνημι, *pro* θνήσκω. 225

228 Φωριαμὸς, οῦ, ὁ, arca ; ἀ φὼρ, fur ; *διὰ τὸ τοὺς φῶρας ἀπείργειν· vel, quia πρὸς φυλακὴν τῶν φωρῶν κατεσκεύασται,* ad cavendum sibi à furibus.

Ἐπίθημα, ατος, τὸ, operculum ; *ab ἐπιτίθημι.*

230 Ἁπλοῒς, ΐδος, ἡ, vestis simplex, *cui opponitur διπλοῒς· ab ἁπλόος, ἁπλοῦς,* simplex.

235 Ἐξεσίη, *Ion. pro* ἐξεσία, ας, ἡ, legatio ; *ab ἵημι,* mitto.

236 Περὶ δ' ἤθελε, summè, *vel* valde cupiebat.

241 Οὔνεσθε, *pro ὄνεσθε, Ion. ab ὄνημαι, pro ὄναμαι, vel ὄνομαι,* vitupero.

253 Κατηφόνες, infames ; *ἀ καταφάω,* increpo, taxo, incesso, *idem quod καθάπτομαι· vel, ut alii volunt,* morte digni, *ἄξιοι καταφονευθῆναι.*

255 Πανάποτμος, ου, ὁ καὶ ἡ, miserrimus ; *ἀ πᾶς, et ἄποτμος, ου, ὁ καὶ ἡ,* miser ; *ab α et πότμος, ου, ὁ,* sors, fatum.

261 Χοροιτυπία, ας, ἡ, chorea, ipsa actio plaudendi pedibus solum inter saltandum ; *ἀ χοροιτύπος, ου, ὁ καὶ ἡ,* qui in choro pulsat terram pedibus, *vel* ipsum locum saltationis. *Hymn. in Merc.* 31. *Merc. vocat testudinem χοροιτύπε, quòd eo instrumento agitentur choreæ, quibus terra pulsatur ; quod à χορὸς, οῦ, ὁ,* chorus, tripudium, *vel* locus choreis agitandis constitutus, *et τύπτω.*

269 Πύξινος, ίνη, ινον, buxinus ; *ἀ πύξος, ου, ὁ,* buxus ; *παρὰ τὸ πεπυκνῶσθαι, διὰ τὸ πυκνὸν τοῦ ξύλου.*

Οἴηξ, ηκος, ὁ, gubernaculum, temo navis, *Ion. pro οἴαξ· οἴηκες hìc dicuntur* annuli per quos habenæ mulos regentes trajiciuntur.

272 Πέζα, *aliquando generaliter significat* extremitatem rei alicujus.

Κρίκος, ου, ὁ, annulus, *pro κίρκος.*

Ἕστωρ, ορος, ὁ, paxillus, *seu* clavus temonis, qui per jugum in temonem defigitur, et circa quem subjugalia lora volvuntur ; *ab ἵστημι,* statuo.

275 Ἀπήνη, ης, ἡ, currus, vehiculum mulare.

277 Ἐντεσιουργὸς, οῦ, ὁ, armorum opifex ; *ab ἔντεα, et ἔργον· sed ἐντεσίεργος, epithet. mulorum,* subjugalis *fortasse ; ab εἴργω,* arceo, *et ἔντεα,* vasa, Coul.

303 Ἀκήρατος, ου, ὁ καὶ ἡ, *hìc* purus, incorruptus ; *ab α et κεράω,* misceo.

304 Χέρνιβον, ου, τὸ, pelvis ; *ἀ χεὶρ, et νίπτω,* lavo.

316 Μορφνὸς, ἡ, ὸν, niger ; *ab ὄρφνη, ης, ἡ,* tenebræ ; *hoc nomine dicitur aquilæ species.*

344 Ὑπνόω, dormio, somnum capio ; *ὑπνώοντας, Ionicè pro ὑπνῶντας.*

347 Αἰσυητὴρ, ῆρος, ὁ, *habet varias significationes : quidam enim dicunt significare* adolescentem valde robustum ; *ex α epitatico, et σύω,* ruo, *vel* impetu feror ; *alii,* decentem, moderatum, *derivantes ab αἶσα,* officium ; *alii* pastorem, *aut* qui facilè huc illuc movetur ; *ab ἀΐσσω,* ruo ; *alii idem quod αἰσυμνητὴρ,* certaminis præses, *quasi τηρῶν τὰ αἴσια· vel, ὁ τῶν αἰσίων μνήμην ποιούμενος, reges olim ita appellati sunt ; αἰσυμνήτης, idem.*

348 Ὑπηνήτης, ου, ὁ, pubescens, *scilicet cui ὑπήνη exoriri incipiat ; ab ὑπήνη, ης, ἡ,* barba, mystax.

351 Κνέφας, ατος, τὸ, *hìc,* crepusculum.

354 Φραδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, consultus, prudens ; *ἀ φράδη, ης, ἡ,* prudentia : *quod ἀ φράζω.*

'Αμβρόσιος, ία, ιον, *hìc*, solitarius; *propriè*, immortalis; νὺξ ἀμβροσία, 363
vel ἀμβροσίη, nox quieta, divina, *seu* solitaria, ἐν ᾗ βροτοὶ οὐ πορεύονται, in quâ homines non eunt. *Vide* α. 528.

'Ανάρσιος, ου, ὁ καὶ ἡ, implacabilis hostis, cui cum altero non conve- 365
nit; *ab* ἄρω, apto.

'Απαλεξήσαιμι, propulsaverim, 1. *sing. aor.* 1. *opt. verbi* ἀπαλεξέω. 371

Εἴσκω, æquo, comparo.

Πῆ, *aliquando ponitur* ἐγκλιτικῶς, *extra interrogationem, significans* 373
aliquâ parte, nimirum, *&c.*

Μεταπάλλομαι, *hìc*, sortiri. 400

Κλήρῳ λάχον, sors mihi contigit, sorte assequutus sum.

Μελεϊστὶ, membratim; *à* μέλος, εος, τὸ, membrum. 409

Προύθηκεν, *pro* προέθηκεν, proposuit, objecit.

'Εερσήεις, εσσα, εν, roscidus, rore conspersus, *seu* madefactus, *pro* ἑρ- 419
σήεις, *quod ab* ἐέρση, *pro* ἕρση, ης, ἡ, ros.

Μιαρὸς, ρὰ, ρὸν, inquinatus; *à* μιαίνω, inquino. 420

Μέμυκεν, *à* μύω, claudo occludo, comprimo; *dicitur propriè de* labris et ore: *aliquando etiam de* oculis; *hìc de* vulneribus, quorum labra non hiabant.

Παρὲξ 'Αχιλῆα, Achille absente, *vel* non sciente. 434

Σταυρὸς, οῦ, ὁ, vallus, palus ligneus, acutus et erectus, *ab* ἵστασθαι, 453
dictus, quoniam ἵσταται εἰς ἀέρα ἠρμένος.

'Επιβλὴς, ῆτος, ὁ, obex, pessulus, repagulum: *ita dicitur, quòd foribus injiciatur aut obdatur; ab* ἐπιβάλλω, adjicio.

'Επιῤῥήσσεσκε, claudebat, *pro* ἐπέῤῥασσε, *ab* ἐπαράσσω, irruo, illidor, im- 456
pingor, cum stridore *et* fragore impello *et* claudo; ἐπιῤῥήσσεσκε ἀντὶ τοῦ ἐπέκρουεν, ἐπέβαλλεν ἀπὸ τοῦ γενομένου κατὰ τὴν κλεῖσιν ἤχῳ· ὰ ῥήγνυμι, frango.

"Αντην, coram, palam. 464

Αὖθι, *pro* αὐτόθι. 470

Ποιπνύω, *fut.* ύσω, *hìc*, ministro; *à* πνέω, spiro; *quoniam qui prope-* 475
ranter et anxiè opus faciunt, πνευστιῶσι.

Κύω, *fut.* σω, *hìc*, osculor. 478

Τετάρπετο, satiatus est, *Ion. et poët. redupl. pro* ἐτάρπετο, 3. *sing. a.* 513
2. *verbi* τέρπω.

Πρῆξις, εως, ἡ, *hìc*, utilitas, profectus, *pro* πρᾶξις· *à* πράσσω. 524

Κλώθω, neo, destino: *hinc Clotho dicitur una Parcarum; hinc* ἐπε- 525
κλώσαντο, destinârunt; *ab* ἐπικλώθω, fatalia stamina duco, *id est*, fatalia stamina nectens tribuo, *aut* destino; *propriè de* Parcis; *aliquando de cæteris diis, tam in bonam, quàm in malam partem.*

Πίθος, ου, ὁ, dolium; *à* πιεῖν, *quòd in eo potabilia continentur.* 527

'Εάων, bonorum; *ab* ἐὺς, bonus; *unde et* ἐῆος, *in genit. sing.* α. 393. 528
sunt tamen qui et hoc et illud ab ἑὸς, suus, *deducunt.*

Βούβρωστις, εως, ἡ, magna fames, *à* βοῦ, *particulâ augente, à bovis mag-* 532
nitudine, et βρῶσις, cibus, ipsa comedendi actio: *hoc autem à* βρώσκω, *vel* fames, qualem patiuntur βοῦς, βρώσκοντες· *hìc autem ponitur* ἀντὶ τῆς μεγάλης ἀνίας *et* λύπης, pro mœrore summo, *Didym.*

Παναώριος, ου, ὁ καὶ ἡ, omnino intempestivus; *hìc*, qui præcoci fato 540
et immaturâ morte periturus est; *à* πᾶς, *et* ἀώριος, *idem quod* ἄωρος, *et*

ἄνωρος, qui non suo tempore sit, intempestivus, præcox ; *quod ab α, et ὥρα, ας, ἡ,* hora.

542 Κήδων, affligens, angens ; *à* κῆδος, εος, τὸ, mœror, tristitia.

546 Κεκάσθαι, decoratum esse ; *à* κάζω, orno.

550 Οὐ τί πρήξεις, nihil proficies.

551 Πάθησθα, passus fueris, 2. *sing. aor.* 2. *subj. verbi* πάσχω, *cum paragoge Æolicâ* θα.

556 'Απονaίομαι, *hìc*, fruor.

567 Μετοχλίζω, *fut.* σω, refero, vecte transmoveo, *vel* simpliciter transmoveo, transfero ; *ab* ὀχλεὺς, έος, ὁ, vectis, *quod ab* ὀχλεύω, moveo.

607 'Ισάσχετο, æquavit, 3. *sing. imperf. ind. med. poët. verbi* ἰσάζω.

616 'Ερρώσαντο, tripudiârunt ; *à* ῥώομαι, quatior, *inusitat.*

621 ῎Αργυφος, ου, ὁ καὶ ἡ, albus, ex albâ texturâ constans ; *ab* ὑφάω, texo, *et* ἀργὸς, ἡ, ὸν, albus ; *vel potiùs* ἀργῶ, splendeo ; *est ab* ἀργύφεος, *ut* ἀργύφεον σπέος, splendens spelunca, σ. 50.

627 'Ονείατα, cibaria, *hìc ; sed in genere*, commoda : *ab* ὄνειαρ, ατος, τὸ.

633 Τάρπησαν, 3. *plur. aor.* 2. *pass. pro* ἐτάρπησαν, oblectati sunt : *à* τέρπω, *cujus aor.* 2. *act.* ἔταρπον.

635 Λέγω, *fut.* ξω, ad cubitum mitto ; λέγομαι, dormio, cubo.

640 Χορτὸς, οῦ, ὁ, fœnum, cibus ; septum, *ut hìc.*

644 Δέμνιον, ου, τὸ, lectus, stratum ; ἀπὸ τοῦ δέμειν, *quia corporis quiescentis domicilium est.*

Ῥῆγος, εος, τὸ, stragulum ; *à* ῥηγνύω.

647 Δάος, ου, ὁ, lumen, ignis, lampas ; *à* δαίω, uro.

648 'Εγκονέουσαι, festinantes ; *à* κονέω, festino.

655 'Ανάβλησις, εως, ἡ, dilatio ; *ab* ἀναβάλλω.

662 'Εέλμεθα, concludimur, 1. *plur. perf. pass. pro* εἴλμεθα, *ab* εἰλέω.

701 'Αστυβοώτης, ου, ὁ καὶ ἡ, ἐν ἄστει βοῶν, in urbe clamans, *aut* per urbem : *epithet. præconis.*

720 'Αοιδὴ, ῆς, ἡ, cantus ; *ab* ἀείδω, cano ; ἀοιδὸς, οῦ, ὁ, cantor.

721 Θρῆνος, ου, ὁ, luctus ; παρὰ τὸ θραύειν τὸν νοῦν.

730 'Ρύσκω, *seu* ῥύσκομαι, custodio, tueor ; *idem quod* ῥύω.

752 Πέρνασχ', vendebat, 3. *sing. imperf. Ion. verbi* περνάσκω.

753 'Αμιχθαλόεις, εσσα, εν, inaccessus, *id est,* ἀπροσόρμιστος ἐκ θαλάσσης· *ab* ἅλς, ὸς, ἡ, mare ; *alii reddunt* ἀπρόσμικτος, ἡ ῥαδίως οὐ μίγνυται, *quia impetuosa est ; alii* ὁμιχλώδη, nebulosum.

755 'Ρυστάζω, traho, *vel* trahendo rapto ; *à* ῥύω, traho.

757 Πρόσφατος, ου, ὁ καὶ ἡ, recenter interfectus, recens *in genere ; à* φάω, occido.

765 Εἰκοστὸς, ἡ, ὸν, vigesimus ; *ab* εἴκοσι.

767 'Ασύφηλος, ου, ὁ καὶ ἡ, *hìc*, durus, ignominiosus. *Vide* ι. 643.

771 Παραιφάμενος, η, ον, admonens ; *à* παραὶ, *pro* παρὰ, *et* φάω, dico.

785 Φαεσίμβροτος, ου, ὁ καὶ ἡ, lucem hominibus afferens ; *à* φῶς, *seu* φάω, luceo, *et* βροτὸς, mortalis.

795 Λάρναξ, κος, ὁ, arca, urna, *in quâ* λῆρινὰ, pinguia, ponuntur.

798 Καταστορέω, *fut.* ήσω, sterno humi ; *item*, obfirmo, *ut hìc.*

804 'Αμφίεπον, curabant, 3. *plur. imperf. verbi* ἀμφιέπω.

INDEX

VOCABULORUM OMNIUM

QUÆ

IN HAC CLAVI EXPLICANTUR.

Z.

Θ.

K.

Λ.

Ρ.

Φ.

X.

APPENDIX

DE LINGUÆ GRÆCÆ

DIALECTIS,

COLLECTA TUM EX OPTIMIS GRAMMATICIS, TUM EX DILIGENTI OBSERVATIONE IN LEGENDIS POETIS, PRÆSERTIM HOMERO.

---

§ 1. *De Dialectis in universum.*

Quatuor sunt Linguæ Græcæ Dialecti, sive loquendi formæ præcipuæ, pro numero præcipuarum Græciæ gentium, quæ à linguâ communi in nonnullis variant, nimirum *Æolica*, *Dorica*, *Ionica*, et *Attica*. De horum singulis, suisque proprietatibus pauca dicenda.

I. De Æolica.

Omnibus ferè persuasum est, ut Æolica sit Dialectus antiquissima, ideoque ab origine Sythicâ non multùm abludat. Maximè obtinebat inter Græciæ incolas occidentales, et eas regiones à mari longè dissitas; inde usque ad Peloponnesum, Siciliam, et Italiam se postea extendebat. Valebat etiam in Æolide, Asiæ Minoris regione, ubi colonia constituta est; ut et in Lesbo, aliisque Ægæi maris insulis. Quod ad hujus Dialecti naturam attinet, Grammatici, quibus ferè omnis notitia nostra de hâc debetur, generatim dicunt asperam esse et duram. Gaudet talibus sonorum conjunctionibus, quales scilicet *βρόδον* pro *ῥόδον*, *ὥρσε* pro *ὦρε*, *ὄππατα* pro *ὄμματα*, *σπέῤῥω* pro *σπείρω*, &c.
Sed particulatim.

Æoles ponunt α pro
- αι, ut *ἄρχαος*, pro *ἀρχαῖος*.
- εν, ut *ὄπισθα*, pro *ὄπισθεν*.
- η, ut *μαχανὰ*, pro *μαχανὴ*, et hoc fit Dorum more.
- ο, ut *ἄσσα*, pro *ὅσα*.
- ω, ut *γελᾶν*, pro *γελῶν*.

Æoles ponunt:

αι pro:
- α, ut τύψαις, pro τύψας.
- η, ut μιμναίσκω, pro μιμνήσκω.
- ο, ut ὑπαὶ, pro ὑπὸ.

αϊ pro:
- ᾳ, ut βοάϊς, pro βοᾶς.
- αι, ut πάϊς, pro παῖς, in monosyllabis.

αο pro ου, ut Αἰνείαο, pro Αἰνείου.

αυ pro α, ut ναυὸς, pro ναὸς

β pro:
- δ, ut βέλεαρ, pro δέλεαρ.
- μ, ut βέλλω, pro μέλλω.
- π, ut βικρὸν, pro πικρὸν.

δ pro:
- β, ut ὀδελὸς, pro ὀβελὸς.
- ζ, ut δυγὸς, pro ζυγὸς.
- σ, ut ὀδμὴ, pro ὀσμὴ, ἴδμεν pro ἴσμεν

δσ pro ζ, ut Δσεὺς, pro Ζεὺς.

ε pro:
- α, ut γελήνη, pro γαλήνη, λεγόμεθα, pro λαγόμεθα.
- η, ut Ἄρες, pro Ἄρης, tum verò plerumque sequens consona reduplicatur, ut τίθεμμι, pro τίθημι.
- ι, ut ἀδέκαστος, pro ἀδίκαστος.
- ο, ut ἐδύνη, pro ὀδύνη.

ει, pro η, ut Πειλεὺς, pro Πηλεὺς.

εϊ, pro εῖ, ut Ἀργέϊοι, pro Ἀργεῖοι.

ευ, pro ου, ut ἀκεύμενος, pro ἀκούμενος.

ζ pro:
- β, ut ζέρεθρον, pro βέρεθρον.
- γ, ut ὀλίζον, pro ὀλίγον.
- δ, ut ζιαβάλλειν, pro διαβάλλειν.
- σσ, ut ὀρύζω, pro ὀρύσσω.

η pro:
- α, ut ἠὴρ, pro ἀὴρ.
- ε, ut τύπτης, pro τύπτες, Doricè ex τύπτεις.
- εα, ut κρῆς, pro κρέας, in quibusdam tantùm.
- ει, ut ἐνόη, pro ἐνόει.
- ευ, ut Ἀχιλλῆς, pro Ἀχιλλεὺς.
- ι, ut ἀκτὴν, pro ἀκτὶν.
- ου, ut φοβήμενος, pro φοβούμενος.

η pro ει ut κάλην, pro καλεῖν.

θ pro:
- δ, ut οὐθὲν, pro οὐδὲν.
- σ, ut μηνιθμὸς, pro μηνισμὸς.

ι pro υ, ut τοῖς ἀνθρώποις, pro τοὺς ἀνθρώπους.

κ pro π, ut ὅκως, pro ὅπως.

σκ pro ξ, ut σκένος, pro ξένος.

μ pro:
- π, ut ματῶ, pro πατῶ.
- ν, ut πέμπε, pro πέντε.

ν pro σ, ut τετύφων, pro τετυφὼς.

ξ pro χ, ut διξᾶ, pro διχῆ.

ο pro:
- α, ut στολεὶς, pro σταλεὶς.
- ε, ut οἴδασθα, pro εἴδησθα.
- ω, ut τύπτομεν, pro τύπτωμεν.
- οι, ut πόημα, pro ποίημα.

Æoles ponunt:

οι pro { ει, ut ὄνοιρος, pro ὄνειρος.
ου, ut τύπτοισα, pro τύπτουσα. }

οϊ pro οι, ut κόϊλον, pro κοῖλον.

π pro { μ, ut παθοῦσα, pro μαθοῦσα.
τ, ut σπολὴ, pro στολὴ.
φ, ut ἀμπὶ, pro ἀμφὶ. }

ππ pro { μμ, ut ὄππατα, pro ὄμματα.
π, ut ὅππη, pro ὅπη. }

πς pro ψ, ut Πέλοπς, pro Πέλοψ.

ρ pro σ, ut ἄῤῥην, pro ἄρσην.

σ pro ν, ut φρονεῖς, pro φρονεῖν.

σδ pro ζ, ut Σδεὺς, pro Ζεὺς.

σκ pro ξ, ut σκένος, pro ξένος.

σπ pro ψ, ut σπαλὶς, pro ψαλὶς.

σσ pro { σ simplici, ut ὅσσον, pro ὅσον, quod et Dores et Poetæ.
ττ, ut ἐμπίσσειν, pro ἐμπίπτειν. }

τ pro { θ, ut κατῆκε, pro καθῆκε.
σ, ut τὺ, pro σὺ, ut et Dores. }

υ pro { α, ut σύρκες, pro σάρκες.
ο, ut ὄνυμα, pro ὄνομα. }

φ pro { θ, ut φλᾶται, pro θλᾶται.
χ, ut αὐφὴν, pro αὐχὴν. }

ω pro { ο, ut ὤσσα, pro ὄσα.
ου, ut μῶσα, pro μοῦσα, non ex Crasi.
υ, ut ὠψηλὸς, pro ὑψηλὸς. }

Æoles utuntur κατὰ pro μετὰ, tenui pro aspero, ut ἥλιος pro ἥλιος· adscribunt ι subscribendum in secundis et tertiis personis verborum secundæ contractorum; γελάϊς pro γελᾷς, et omittunt, ut λόγω pro λόγῳ· amant η et ε, resolvunt αι, ει, οι, αυ, ευ, et habent peculiarem aor. 1. opt. act. ρ transponunt, et quandoque duplicant, ι in ε mutato, ut μέτεῤῥος, pro μέτριος.

Addunt initio ο ante υ, ut οὔδωρ, pro ὕδωρ. β ante ρ, sequente δ, κ, τ, et etiam ζ, ut βρόδον, pro ῥόδον, βράκος pro ῥάκος, βρυτὴρ pro ῥυτὴρ, βρίζα pro ῥίζα. ε, ut ἐδάπεδον pro δάπεδον.

Medio interserunt ι, ut καλαῖς, pro καλὰς. υ post ε, sequente aliâ vocali, ut εὔαδε pro ἕαδε, χεύαντες pro χέαντες, et αὐὴρ pro ἀὴρ. β, ut ἀλιβδύειν, pro ἀλιδύειν. κ, ut ὄκχος, pro ὄχος. σ, ut στέρσω, pro στερῶ. habent anadiplasiasmum λ, μ, ν, π, ρ, σ, τ, &c. ut ἄμμες, pro ἡμεῖς. α etiam in medio redundat, ut θεάων, pro θεῶν, et ε, ut δύεσι pro δυσί.

Fini adjiciunt ν, ut Λητὼν pro Λητώ. θα, ut ἦσθα pro ἦς.

Auferunt initio δ, ut αἰνὸς, pro δεινὸς. μ, ut ἴα, pro μία. σ, ut μίλαξ, pro σμίλαξ.

—Medio ι, ut ἕταρος, pro ἑταῖρος, et post ε, succedente consonâ aliquâ, ut χέῤῥες pro χεῖρες. σπένδω, pro σπείδω. γ ex desinentibus in υγξ, ut φάρυξ, pro φάρυγξ. δ, ut Πάριος, pro Πάριδος. ε, ut ἱρὸν, pro ἱερὸν. μη, ut ὤρσεν, pro ὥρμησεν. ο, ut ἀγνήκαμες, pro ἠγνοήκαμεν.

—Fine ν, ut ὄπισθα, pro ὄπισθεν. σ, ut ὃ, pro ὃς.

Præterea in priores syllabas accentum retrahunt, ut πότομος, pro ποταμὸς.

Hujus Dialecti nihil nisi quædam Alcæi Sapphûsque Fragmenta superest.

II. De Dorica.

Prisca Dorica, si non eadem, certè simillima erat Æolicæ. Utraque haud multis ante Homerum annis floruisse videtur. In australibus Græciæ partibus, locisque conterminis plurimùm prævalebat; atque præcipuè distinguitur quòd præ ceteris α gaudeat, ut μέγαθος pro μέγεθος, τράχω pro τρέχω, &c.

Dores ponunt:

- α pro
  - αι, ut ἕταρος, pro ἑταῖρος.
  - αυ, ut νᾶν, pro ναῦν.
  - ε, ut αἴκα, pro αἴκε· αἴθε, pro εἴθε.
  - εα, ut θᾶσαι, pro θεᾶσαι.
  - ει, ut κλᾶδας, pro κλεῖδας.
  - η, ut ἁμέρα, pro ἡμέρα, μάτηρ, pro μήτηρ.
  - ο, ut εἴκασι, pro εἴκοσι.
  - ου, ut Αἰνεία, pro Αἰνείου.
  - ω, ut μουσᾶν, pro μουσῶν, quod fit in genit. plur. primæ declinationis.
  - ωη, ut πρᾶν, pro πρώην.
- αι pro ει, φθαίρω, pro φθείρω.
- δ pro
  - β, ut ὄδελος, pro ὄβελος.
  - γ, ut δνόφος, pro γνόφος, δημήτηρ pro γημήτηρ.
  - ζ, ut ἔρδω, pro ἔρζω, per metath. τοῦ ῥέζω.
  - σ, ut πέφραδμαι, pro πέφρασμαι.
  - τ, ut θέμιδος, pro θέμιτος.
- δδ pro ζ, ut θέριδδειν, pro θερίζειν.
- ε pro
  - α, ut ἕτερος, pro ἄτερος.
  - ει, ut τύπτε, pro τύπτει.
  - η, ut Ἄρες, pro Ἄρης.
  - ο, ut ἐδόντες, pro ὀδόντες.
- εε, pro η, ut φιλεέσω, pro φιλήσω.
- ει, pro η, ut τέθεικα, pro τέθηκα, Bœoticè.
- ευ pro
  - εο, vel ου, ut Δημοσθένευς, pro Δημοσθένεος, vel Δημοσθένους.
  - ω, ut ἠγάπευν, pro ἠγάπων.
- ζ pro
  - β, ut ζέρεθρον, pro βέρεθρον.
  - δ, ut ἀζηχὲς, pro ἀδηχὲς.
  - θ, ut ζεὸς, pro θεὸς.
  - πτ, ut νίζω, pro νίπτω.
  - σσ, ut νίζω, pro νίσσω.
- η pro
  - α, ut ἐβόη, pro ἐβόα, quod fit in contractionibus, quæ communiter ex αε, et αη, in α fiunt.
  - εα, ut κρῆς, pro κρέας.
  - ει, ut ἐφίλη, pro ἐφίλει.

Dores ponunt:

- η pro ᾳ, ut βοῆ, pro βοᾷ.
- ϑ pro δ, ut ψεῦθος, pro ψεῦδος.
- ι pro ε, ut ϑιὸς, pro ϑεὸς, ut et Bœoti.
- κ pro { ϱ, ut μίκκον, pro μίκϱον. / τ, ut τόκε, pro τότε. / χ, ut κύτϱα, pro χύτϱα.
- μ pro { β, ut μιαιφόνος, pro βιαιφόνος. / ι, ut ἐμμὶ, pro εἰμὶ.
- ν pro { λ, ut ἦνθον, pro ἦλθον, sequente ϑ vel τ. / σ, ut ἐν ἀγοϱὰν, pro ἐς ἀγοϱὰν. / τ, ut τετϱάενες, pro τετϱάετες.
- ξ pro σ, ut λυγίξω, pro λυγίσω, quod fit in quibusdam futuris.
- ο pro { ε, ut λάϐον, pro λάϐε, addito insuper ν. / ου, ut τὸς ϑεὸς, pro τοὺς ϑεοὺς.
- οι pro ο, ut πνοιὴ, pro πνοὴ.
- ου pro { αυ, ut τούτας, pro ταύτας. / ευ, ut ἔσουα, pro ἔσευα.
- π pro τ, ut σπάδιον, pro στάδιον.
- σ pro { ϑ, ut σιὸς, pro ϑιὸς, quod pro ϑεὸς, ante. / ν, ut τύπτομες, pro τύπτομεν.
- σδ pro ζ, ut συϱίσδω, pro συϱίζω.
- σσ pro σ, ut ὅσσον, pro ὅσον.
- τ pro { κ, ut τῆνος, pro κεῖνος. / σ, ut τὺ, pro σὺ, in initiis.
- ττ pro τ simplici, ut ὅττι, pro ὅτι, quod et Æolicum et poëticum est.
- υ pro α, ut σύϱξ, pro σάϱξ.
- φ pro π, ut κᾆφα, pro καὶ εἶπα.
- χ pro ϑ, ut ὄϱνιχες, pro ὄϱνιθες.
- ω pro { η, ut τῶς μελλίσσως, pro τῆς μελλίσσης. / ο, ut ὦϱος, pro ὄϱος. / ωα, ut βῶξ, pro βώαξ. / ου, ut αἰδῶς, pro αἰδοὺς, quod est et Æolicum.
- ῳ pro οι, ut πῳμενικὸς, pro ποιμενικὸς.

Dorici detrahunt ι ex diphth. ut λαϐὲν, pro λαϐεῖν· in diphthongis impropriis, ᾳ, ῃ, ῳ, ι subscript. negligunt, ut τῶ Αἰνεία, pro τῷ Αἰνείᾳ· utuntur interdum casibus pluralibus pro singularibus fœmin. ut καλαὶ, pro καλὴ· literas transponunt, ut βάϱδιστος, pro βϱάδιστος· inserunt ε, ut Iones.

Initio addunt β, ut βηλέα, pro ἠλέα. τ, ut τῶς pro ὧς, et reduplicant, ut τετάχω, pro τάττω.

Medio interserunt ι ad ο, ut πνοίη, pro πνόη. υ ad ε, ut ζητεύω, pro ζητέω. ϑ, ut διχθὰ, pro διχῆ. ν, ut ὀϱύνω, pro ὀϱύω. σ, ut τυπτόμεσθα, pro τυπτόμεθα. habent diaplasiasm. π, σ, τ, ut ὀππόθεν, pro ὀπόθεν, ὅσσον, pro ὅσον, ὅττι, pro ὅτι. α, ut Ποσείδαον, pro Πόσειδον. ε, ut κενεὸς, pro κενὸς. με, ut βήμεναι, pro βῆναι.

Fini adjiciunt ν, ut ἐγὼν, pro ἐγὼ. σ, ut οἰκαδὲς, pro οἰκαδὲ. ι, ut κ λοῖσι, pro καλοῖς. γα, ut ἐγώνγα, pro ἐγὼ. νη, ut ἐγώνη, pro ἐγὼ.

Auferunt initio τ, ut ἧμος, pro τῆμος. θε, ut λῶ, pro θέλω.

—Medio ι, ut σφὲς, pro σφεῖς. υ, ut βασιλέσι, pro βασιλεῦσι. δ, ut Πάριος, pro Πάριδος. θ, ut ἐσλὸν, pro ἐσθλὸν. ρ, ut ἔμποσθεν, pro ἔμπροσθεν. ε, ut ἐγέντο, pro ἐγένετο. ευ, ut κέλομαι, pro κελεύομαι. μο, ut ὀπάτριος, pro ὁμοπάτριος. ο, ut Μενέλας, pro Μενέλαος.

—Fine σ, ut ὁ, pro ὅς. α, ut πὰρ, pro παρὰ, ἂν pro ἀνὰ. βδα, ut λὰν, pro λάμβδα. μα, ut δῶ, pro δῶμα. μνον, ut κρῖ, pro κρίμνον. τὰ, ut κέρα, pro κέρατα.

Producunt ancipites, corripiunt accus. plural. in ας, et tonum mutant: ut νῦμφας, pro νύμφας· spiritus in medio habent pro σ· apud eos oxytona fiunt barytona, perispomena paroxytona, paroxytona perispomena; in genitivis plur. adverbiis qualitatis, et fut. verborum. Proparox. in οι, in nomin. plur. et fœm. in ες, et αν, et ον, aorist. fiunt paroxyt. et in fut. medio perispomena, ut τυψοῦμαι, pro τύψομαι.

Hâc Dialecto maximè gaudent poëtæ pastorales, ut Theocritus, Bion, et Moschus in suis Idylliis. Tyrtæus, Anacreon, Pindarus, aliique multi eâ etiam nonnunquam utuntur.

III. De Ionica.

Dum Æolica et Dorica Græciæ propriæ occidentalem australemque tenebat, Ionica, Dialectus mollior atque multò politior, orientalem, quæ fuit antiquitùs Ionia vocata, occupabat. Distinguitur quòd vocali η, concursu, et resolutione vocalium maximè gaudet, ut ἑωϋτέῳ, pro ἑαυτοῦ, ἠελίοιο pro ἡλίου, φιλίη pro φιλία, &c.

Iones ponunt:

- α pro
  - αι, ut κάω, pro καίω.
  - ε, ut μέγαθος, pro μέγεθος.
  - η, ut λελασμένος, pro λελησμένος.
  - ν, ut κείαται, pro κεῖνται.
- αι, pro α, ut νικαιὰ, pro νικὴ, assumpto insuper α.
- αο, pro ω, ut σαόφρων, pro σώφρων.
- ε pro
  - α, ut τέσσερες, pro τέσσαρες.
  - η, ut νέας, pro νῆας, per systolen.
  - ει, ut κρέσσων, pro κρείσσων.
  - ι, ut ὄφεος, pro ὄφιος.
- εα pro
  - α, ut σφέας, pro σφᾶς.
  - ει, ut πονέασθαι, pro πονεῖσθαι.
  - η, ut ἔσεαι, pro ἔσῃ.
- εε pro ει, ut σφέες, pro σφεῖς.
- εο pro ου, ut ἐμέο, pro ἐμοῦ.
- ευ pro
  - ει, ut πλεῦν, pro πλεῖν.
  - εο, ut πλεῦνας, pro πλέονας.

Iones ponunt:

ευ pro ω, ut θηεῦμαι, pro θεῶμαι.

εω pro { οῦ, ut τέω, pro τοῦ.
ῷ, ut ἕω, pro ᾧ. }

ζ pro { β, ut ζέρεθρον, pro βέρεθρον.
γ, ut φύζη, pro φυγή. }

η pro { α, ut κούρη, pro κούρα· quod fit apud veteres Iones, ubi α est longum; apud recentiores, ubi etiam breve, ut ἀληθείη, pro ἀλήθεια.
ε, ut βασιλῆϊ, pro βασιλέϊ, ἐθηήσαντο, pro ἐθεάσαντο.
ι, ut κηκίω, pro κικίω.
εα, ut ἦρ, pro ἔαρ.
εε, ut ὄφη, pro ὄφεε.
ο, ut ἐλαφηβόλος, pro ἐλαφοβόλος. }

η pro αι, ut μούσης, pro μούσαις.

ηϊ pro { ᾳ, ut Θρήϊξ, pro Θρᾴξ.
ει, ut Πηληΐδης, pro Πηλείδης, κληΐς, pro κλεὶς.
η, ut χρηΐζειν, pro χρήζειν. }

ηυ pro { αυ, ut νηῦς, pro ναῦς.
ευ, ut ἠΰκομος, pro εὔκομος. }

ι pro { γ, ut ἐνείκω, pro ἐνέγκω.
ε, ut ἐπίστιος, pro ἐφέστιος.
ιε, ut ἱρεὺς, pro ἱερεύς. }

κ pro π, ut κοῖον, pro ποῖον.

ξ pro { σσ, ut τριξὸς, pro τρισσὸς.
χ, ut τρίξα, pro τρίχα. }

οα pro ου, ut χρόαν, pro χροῦν.

οιο pro ου, ut λόγοιο, pro λόγου.

οο pro ου, ut ῥόος, pro ῥοῦς.

ου pro ο, ut μοῦνος, pro μόνος.

ω pro { α, ut χρειὼ, pro χρεῖα.
αυ, ut θῶμα, pro θαῦμα.
ευ, ut ἐκπλώσας, pro ἐκπλεύσας.
η, ut ἀρωγὸς, pro ἀρηγὸς.
ο, ut δεύρω, pro δεῦρο.
οα, ut βῶξ, pro βόαξ.
οη, ut βώσω, pro βοήσω.
ου, ut βῶν, pro βοῦν. }

ωι pro ῳ, ut λόγωϊ, pro λόγῳ.

ωυ pro αυ, ut ὡῦτὸς, pro αὐτὸς.

Tenues pro aspiratis, ut δέκομαι, pro δέχομαι, et in apostropho, vel compositione, ut κατ' οὗ, pro καθ' οὗ. ἀπαιρέομαι, pro ἀφαιρέομαι.

Aspiratas pro tenuibus, ut κιθὼν, pro χιτὼν.

Iones hic Atticis sunt contrarii, quòd illi nihil contrahunt: non enim dicunt ποιῶ, sed ποιέω. Etiam vocales circumflexas, et diphthongos resolvunt, ut τυπέω, pro τυπῶ. τύπτεο, pro τύπτου· adscribunt

ι subscribendum, ut χρηΐζειν, pro χρήζειν, transponunt literas in unâ syllabâ, ut κραδία, pro καρδία· in duabus, in γοῦνος, pro γόνυος.

Addunt initio τ, ut τὸν, pro ὄν. θ, ut θειλόπεδον, pro εἰλόπεδον. ο, ut ὄου, pro οὗ. ε, ut ἔε, pro ἕ. α, ut ἅπας, pro πᾶς· habent anadiplas. ut λελάχωσι, pro λάχωσι.

Interserunt medio ι ad ε et ο, ut ξεῖνος, pro ξένος· χροία pro χρόα. υ ad ο, ut μοῦνος, pro μόνος. γ, ut ἐρίγδουπος, pro ἐρίδουπος. σ, ut λεγόμεσθα, pro λεγόμεθα. τ, ut ὅττι, pro ὅτι. ε, ut ἀδελφέος, pro ἀδελφὸς. ι, ut λόγοιϊν, pro λόγοιν. τη, ut ἐτήτυμος, pro ἔτυμος.

Adjiciunt fini ι, ut λόγοισι, pro λόγοις. τε ut ᾧτε, pro ᾧ.

Tollunt ab initio δ, ut αἰνὸς, pro δεινὸς. γ, ut αἶα, pro γαῖα. λ, ut εἴβειν, pro λείβειν. σ, ut μικρὸς, pro σμικρὸς. ε, ut ὀρτὴ, pro ἑορτή· præsertim, si sit augmentum, ut τύπτε, pro ἔτυπτε· etiam in reduplicatione part. perf. ut βλήμενος, pro βεβλημένος.

—E medio ι, ut δέξω, pro δείξω. δ, ut ἔριος, pro ἔριδος. κ. ut βέβαα, pro βέβηκα. λ, ut κάλιον, pro κάλλιον. σ, ut ἐπίθεο, pro ἐπίθεσο. τ, ut κρέαος, pro κρέατος. ε, ut ἴραξ, pro ἱέραξ. κο, ut κάμμορος, pro κακόμορος. μη, ut οἶμα, pro οἴμημα· ρε, ut ἔξαιτος, pro ἐξαίρετος. εων, ut Δευκαλίδης, pro Δευκαλεωνίδης.

—A fine ν, ut ἔσθ' ὅπως, pro ἔστιν ὅπως. να, ut κυκεῶ, pro κυκεῶνα. σι, ut σφὶ, pro σφίσι· τα, ut ἱδρῶ, pro ἱδρῶτα.

Præterea, corripiunt longas, cùm α longum claudit syllabam, vocem faciunt oxyt. cum α breve, faciunt proparoxyt. et auctis vel minutis dictionibus solent tonum mutare: faciunt fœm. in εια, paroxyt. sublato ε, ut ἀληθίη, pro ἀληθεία, et sunt ratione spiritus ψιλωτικοὶ, ut Eustath. vocat.

Sub Homeri et Hesiodi ætatem Ionica primum locum occupare incipiebat, quem tandem attigit tempore Herodoti. Nam ejus Historia haud tantas laudes Olympiacis ludis consecuta fuisse potuit, nisi Ionica Dialectus tunc maximè valebat. Hâc Dialecto utitur etiam Hippocrates.

IV. De Attica.

Ionica patria, missis in Asiam Minorem coloniis, pòst vocabatur Attica; et lingua, aliquas mutationes subiens, indolem propriam recepit, abiitque in Dialectum Atticam, quæ tandem communis Græcorum lingua evasit. Hæc Dialectus primò ab Ionicâ haud multùm abfuit: et vel posteris temporibus, cùm formam diversissimam assumpserit, etiamnum retinuit quasdam linguæ priscæ proprietates, ut διψῆν pro διψᾶν, ἱππῆς pro ἱππεῖς, &c. Contractionibus, sonisque aspiratis imprimis gaudet.

Attici ponunt
- α pro
  - αι, ut κλάω, pro κλαίω· κἀγὼ, pro καὶ ἐγώ.
  - ε, ut βδάλλω, pro βδέλλω.
  - η, ut ἀνάβαθι, pro ἀνάβηθι.
  - εα, ut Πειραιᾶ, pro Πειραιέα.
- β pro γ, ut βλήχων, pro γλήχων.

Attici ponunt :

- γ pro
  - κ, ut γναφεὺς, pro κναφεύς.
  - λ, ut μόγις, pro μόλις.
- δ pro
  - ζ, ut κνίδα, pro κνίζα.
  - σ, ut πέφραδμαι, pro πέφρασμαι,
- ε pro
  - α, ut λεὼς, pro λαὸς.
  - η, ut νεὼς, pro νηὸς.
  - ι, ut ἔριδες, pro ἴριδες.
  - ει, ut ἐς, pro εἰς.
- εα pro η, ut ἑάλωκα, pro ἥλωκα.
- ει pro
  - εϊ, ut Πηλείδης, pro Πεληΐδης.
  - εο, ut πλεῖν, pro πλέον.
  - η, ut βούλει, pro βούλῃ.
  - οι, ut δυεῖν, pro δυοῖν.
- η pro
  - αει, ut διψῆς, pro διψάεις.
  - ε, ut ἠδυνάμην, pro ἐδυνάμην.
- η pro
  - α, ut ἐμίηνα, pro ἐμίανα.
  - ει, ut ἦθα, pro εἶθα.
  - ηϊ, ut Νηρῆδα, pro Νηρηΐδα.
- ηϊ pro ει, ut κληΐδα, pro κλεῖδα.
- ηυ pro ευ, ut ηὐχόμην, pro εὐχόμην.
- θ pro τ, ut κολοκύνθη, pro κολοκύντη.
- ι pro
  - ε, in articulis et nominibus cum δὲ compositis, ut ὁδί, pro ὁδὲ, τοιοσδί, pro τοιόσδε.
  - ο, ut δεῦρι, pro δεῦρο.
- λ pro ν, ut λίτρον, pro νίτρον.
- ξ pro
  - σ, ut ξυμφορὰ, pro συμφορά.
  - χ, ut πένταξα, pro πένταχα.
- ο pro
  - α, ut ὀσταφὶς, pro ἀσταφίς.
  - ε, ut πέπομφα, pro πέπεμφα.
  - ω, ut ἔρος, pro ἔρως, inter veteros Atticos.
  - οι, ut ποεῖν pro ποιεῖν.
- οι pro οϊ, ut οἶς, pro ὀΐς.
- ου pro
  - αε, ut τριακοντούτης, pro τριακονταέτης.
  - εο, ut ἐτίθου, pro ἐτίθεο.
  - οο, ut δίδου, pro δίδοο, quod pro δίδοσο.
- ρ pro
  - λ, ut κρίβανος, pro κλίβανος.
  - σ, ut ἄῤῥην, pro ἄρσην.
- σ pro
  - δ, ut ὀσμὴ, pro ὀδμή.
  - θ, ut κλαυσμὸς, pro κλαυθμός.
  - μ, ut πέφασμαι, pro πέφαμμαι.
  - ξ, ut παίσω, pro παίξω.
  - ρ, post aliud ρ, ut θαῤῥεῖν, pro θαρσεῖν.
- τ pro σ, ut τήμερον, pro σήμερον, in initiis dictionum.
- ττ pro
  - σσ, ut γλῶττα, pro γλῶσσα.
  - ζ, ut συρίττειν, pro συρίζειν.
- υ pro
  - ε, ut προὔπεμψαν, pro προέπεμψαν.
  - υι, ut μητρυὰ, pro μητρυιά.

Attici ponunt:

- φ pro
  - θ, ut φλᾷν, pro θλᾷν.
  - π, ut ἀσφάραγος, pro ἀσπάραγος.
- ω pro
  - α, ut κρώζω, pro κράζω.
  - αο, ut ἵστω, pro ἵσταο.
  - εο, ut Πειραιῶς, pro Πειραιέος.
  - ο, ut δύω, pro δύο.
  - ου, ut λαὼς, pro λαοὺς.
- ῳ pro
  - οι, in genit. dual. 2. contract. et 2. aoristo opt. 3. conjug. verborum in μι, ut πολέῳν, pro πολέοιν· δῴην, pro δοίην.
  - ωι, ut λῷον, pro λώϊον.
- εω, pro ει, ut ἀφέωκα, pro ἄφεικα.

Attici addunt initio α, ut ἄσταχυς, pro στάχυς. γ, ut γλήμη, pro λήμη. ε, ut ἑώρακα, pro ὥρακα, et syllabam per anadiplasiasmum, ut ἤγαγον, pro ἦγον.

Interserunt medio ι, ut χροία, pro χροὰ. ρ, ut κατέῤῥεξε, pro κατέρεξε. ο, ut ἀγήοχα, pro ἄγηχα. τ, ut πτόλις, pro πόλις. ω, ut εἴωθα pro εἶθα. δο, ut ἐδήδοκα, pro ἔδηκα. αθ, ut ἀμυνάθω, pro ἀμύνω.

Adjiciunt fini ν, disinentibus in ε, velut εἰσῆλθεν, pro εἰσῆλθε. ι, ut νυνὶ, pro νῦν. δ, ut ἐνθαδὶ, pro ἐνθὰ. θα, ut οἶδασθα, pro οἶδας. et particulas, δη, γε, θεν, ουν, ποτε, ει, ut οἱονεὶ, pro οἷον. τι, ut πάνυτι, pro πάνυ. χι, ut ναιχὶ, pro ναὶ.

Tollunt autem ab initio ε, ut μῷ, pro ἐμῷ. α, ut ὦ 'γαθὲ, pro ὦ ἀγαθὲ.

—E medio ι ex diphthongis, ut κλάει, pro κλαίει, &c. β, ut βόλιτον, pro βόλβιτον. ε, ut λῦτο, pro λύετο. σ, ut νομιῶ, pro νομίσω, ο, ut οἶμαι, pro οἴομαι. ω, ut ἑκάτερθεν, pro ἑκατέρωθεν. ει, ut ὄφλω, pro ὀφείλω. δα, ut οἶσθα, pro οἶδασθα.

—A fine ν, ut καλὸ, pro καλὸν. ι, ut πρῶ, pro πρωΐ. να, ut 'Απόλλω, pro 'Απόλλωνα. νον, ut κάρα, pro κάρηνον. σα, ut βασιλὶς, pro βασίλισσα. τως, ut πρέπον, pro πρεπόντως.

Præterea gaudent contractionibus, subscribunt ι, et subscriptum omittunt: ancipites quasdam syllabas semper producunt, quasdam semper corripiunt, quasdam correptas producunt, ut βασιλέως, pro έος· aliquando transferunt accentum ultimæ in penultimam et antepenultimam, et penultimæ in ultimam et antepenultimam, et antepenultimæ in penultimam; et mutant oxytonum in perispomenum, perispomenum in oxytonum, et properispomenum in paroxytonum.

Mutant tenues in aspiratas, et interserunt spiritus in medium compositorum: apostrophum initio præponunt, cùm vox incipiens à brevi longâ desinentem sequatur, et conjungunt, ut ὦναξ, pro ὦ ἄναξ, vel non, ut ὦ 'γαθὲ, pro ὦ ἀγαθὲ.

Dialectus Attica in *priscam*, *mediam*, et *novam* dividi solet, prout mutationes quas olim subibat; ideoque Scriptores hâc ordine collocantur:

Sub priscam:	*Sub mediam:*	*Sub novam:*
Solon,	Lysias,	Xenophon,
Thucydides,	Aristophanes,	Aristoteles,
Tragici, et Veteres Comici, &c.	Plato, &c.	Demosthenes aliique Oratores, et Seriores Comici, &c.

Aliæ sunt quædam ad locos spectantes Dialecti, de his verò minimè constat. Pauca tamen supersunt verba in Bœotica Dialecto, cujus proprietates sunt sequentes: scil.

Bœoti ponunt δδ pro ζ, ut θερίδδειν pro θερίζειν. ει pro η, ut εἴρωες pro ἥρωες. ι pro ε, ut βασιλίος pro βασιλέος.

His adjici posset aliquid de Poëtis, sive

De Dialecto Poetica.

Poëtæ non solùm peculiarem in quibusdam habent Dialectum, sed etiam Dialectos inter se commiscent. Homerus Ionicæ, quâ maximè utitur, reliquas admiscet: Pindarus Doricus alias etiam Dialectos adjungit; Aristophanes Atticus, ut etiam Euripides. Sophocles et Æschylus in choris et cantilenis subinde sunt Dorici.

Poëtæ ponunt:

- ε pro
  - ει, ut χερὶ, pro χειρὶ.
  - η, ut ξερὸς, pro ξηρὸς.
- εα, pro η, ut ἐάγην, pro ἤγην.
- εε pro ει, ut ἐέργω, pro εἴργω.
- ει pro
  - ε, ut εἴπω, pro ἔπω.
  - εε, ut Δημοσθένει, pro Δημοσθένεε.
- εϊ pro εῖ, ut θέϊος, pro θεῖος.
- ευ pro
  - η, ut Ἄρευς, pro Ἄρης.
  - εο, ut πόλευς, pro πόλεος.
  - ο, ut ὑδροχόευς, pro ὑδροχόος.
- εΰ pro ευ, ut ἐΰζοος, pro εὔζοος.
- η pro
  - ε, ut τιθῆναι, pro τιθέναι.
  - ο, ut θεητόκος, pro θεοτόκος.
- η pro αι, ut στήην, pro σταίην.
- ηϊ pro η, ut κληϊδὼν, pro κληδὼν.
- ηΰ pro ευ, ut ἠΰκομος, pro εὔκομος.
- ο pro
  - α, ut ὁρόω, pro ὁράω.
  - ω, ut εὐρύχορος, pro εὐρύχωρος, τύπτομεν, pro τύπτωμεν.
- οι pro ο, ut ἀλοιάω, pro ἀλοάω.
- ω pro
  - α, ut δρώω, pro δράω.
  - ε, ut τρωπάω, pro τρέπω.

Poëtæ de omnibus prioribus Dialectis participant.

Tenues et aspiratæ consonæ apud eos in medias abeunt, ut δέδοιγμεν, pro δεδοίκαμεν· habent metathesin, ut ἔμμορα, pro μέμορα.

Habent etiam ὑπείρεχον pro ὑπέρεχον.

Initio addunt γ, ut γέντο, pro ἔντο. α, ut ἀάσα, pro ἄσα. ε, ut ἐείκοσι, pro εἴκοσι. προ, ut προπάροιθεν, pro πάροιθεν.

Medio inserunt ι, ut γελοῖω pro γελόω, λόγοιϊν pro λόγοιν. υ, ut ἀχεύω pro ἀχέω. γ, ut ἐγδούπησα, pro ἐδούπησα. θ, ut τρίχθα pro τρίχα. κ, ut ὄκχος pro ὄχος. geminant π, ρ, σ, τ, ut ὅππη pro ὅπη. inserunt σ in compositione, ut θεόσδοτος pro θεόδοτος. α, ut κεράατος pro κέρατος. ε, ut γενέεσθαι pro γενέσθαι. ει, ut θαμειὸς pro θαμὸς. η, ut θεήϊος pro θεῖος.

Fini adjiciunt ε, ut ἧε, pro ἧ. θεν, ut πάροιθεν, pro πάρος. ο, ut Μίνωο, pro Μίνω. φι, ut στρατόφι pro στρατὸς.

Auferunt initio λ, ut αἰψηρὸς, pro λαιψηρὸς. σ, ut Καμάνδριον pro Σκαμάνδριον. ε, ut πίσταται pro ἐπίσταται.

—Medio ι, ut ἀγέρω pro ἀγείρω. υ, ut δίπος pro δίπους. γ, ut φάρυξ pro φάρυγξ. δ, ut μόλιβος pro μόλιβδος. λ, ut Ἀχιλῆος pro Ἀχιλλῆος. σ, ut κλείω, pro κλείσω. α, ut ἔλσας pro ἔλασας. ε, ut ἔπλε pro ἔπελε. ο, ut τίπτε pro τίποτε. ω, ut ἐκάτερθεν pro ἐκατέρωθεν. νε, ut ἀμώνα pro ἀνεμώνα. ρε, ut ἔξαιτος pro ἐξαίρετος. συ, ut δάσκιον pro δασύσκιον.

—Fine ν, ut πρόσθε pro πρόσθεν. σ, ut πολλάκι pro πολλάκις. α, ut ἀνλύω pro ἀναλύω. ε, ut λόε pro ἐλόεε. ον, ut ἔρι pro ἔριον. μον, ut τρόφι pro τρόφιμον.

Præterea longas corripiunt, breves producunt, ancipites corripiunt vel producunt, accentus mutant, ρ in medio ex gemino ρ cum spiritu omittunt, et apostrophos negligunt.

§ 2. *De Dialectis Articulorum.*

Articuli in masculino et neutro habent easdem dialectos quas tertia declinatio simplicium: in fœminino, quas secunda simplicium.

Habent etiam proprias affectiones: nam articulus præpositivus sumitur pro interrogativo τίς, vel indefinito τὶς, ut τοῦ, Ionicè et Poëticè τέο, Æol. τεῦ, pro τίνος, *cujus*, vel τινὸς, *alicujus*: τῷ Ionicè τέῳ, *cui*, vel *alicui*,

Attici addunt particulas, δε, et pro eo δι, γε, ουν, ποτε, ut τόνγε pro τὸν, præpositivo, et γε postpositivo; cui Poëtæ etiam addunt τε, ut ὅστε pro ὅς.

Pro οἱ et αἱ, Dores dicunt τοὶ et ταί. Dores et Iones etiam præfigunt τ postpositivo τοῦ pro οὗ, exceptis ὅς, ἥ· et pro ὃς Dores et Poëtæ dicunt ὃ, unde ὅτις pro ὅστις. Æoles ὁ pro ὃς, neglectâ aspiratione: hinc ὅτις.

Τῇ et ᾗ, adverbialiter aliquando usurpantur.

Τοῖσδεσι vel τοῖσδεσσι Poëtæ dicunt, pro τοῖσδε, per paragogen.

Ὁ μὲν ad propinquius, ὁ δὲ, ad remotius, sed non semper.

§ 3. *De Dialectis Declinationum.*

Atticè vocativus semper est similis nominativo.

De Primâ Declinatione.

Iones sæpè pro ας dicunt ης, ut Αἰνείης. Dores verò ας pro ης, ut Χρύσας, quæ vocales sunt etiam in cæteris casibus.

Pro Αἰνείου, Doric. α, Æol. et Bœot. αο vel ευ, Ion. εω, et Poët. ω, contractum ex Ion. εω· sic in plurali, et hoc εω habet accentum in antepenultima, si nominat. sit paroxytonus; sed hoc ε in scansione sæpè dissimulatur, ut in primo carmine α Iliad. aliquando etiam Poët. ειω.

Dativus α Doricè sine ι subscripto.

Iones habent in accus. εα pro ην, ab ης, ut Χρύσεα.

Nomin. sing. Æolicè desinit in α, ut Θυέστα pro Θυέστης, 'Αρχύτα pro 'Αρχύτης, νεφεληγερέτα pro νεφεληγερέτης. Hoc etiam Bœotis, Thessalis, et Macedonibus tribuitur. Nec esse vocativum pro nominativo sumptum probat Caninius.

Genit. plur. Ion. έων, Dor. ᾶν, et άων, α longâ, Æol. et Bœot. άων, α brevi.

Iones αις vertunt in ῃς, ut etiam in secundâ declinatione, ut Αἰνείῃς pro αις, Æol. et Poët. abjicitur ι, ut τιμὰς pro τιμαῖς.

Dativis pluralibus cujuscunque declinationis in σ desinentibus additur ι, Atticè, Dor. Ion. et Æol. et etiam ν, si sequens dictio à vocali incipit.

Iones faciunt accus. plur in εας, ultimâ brevi, ut Αἰνείεας.

De Secundâ.

Ionicè α in nominativo mutatur in η, ut μούση. Dor. η in α ut τιμὰ, et sic in reliquis casibus.

Genit. et dativus sing. habet ω Dor. pro α vel η, ut τῶς μελίσσως, τῷ μελίσσω, ι subscripto vel neglecto.

In genitivo et dativo pluralibus eædem sunt dialecti, quæ in genitivo et dativo pluralibus primæ declinationis.

Æol. pro ας in accus. dicunt αις, retento accento, ut καλαίς.

Nominibus secundæ declinationis additur Poët. φι et φιν· sed sic α aliquando vertitur in η, Ion. βία, βίηφι· aliquando in ο, ut ἐσχάροφι pro ἐσχάρα, et etiam η, ut αὐτόφι pro αὐτὴ, *ipsa;* alia desinentia in η, nihil mutant, ut εὐνῆφι pro εὐνὴ, et hæc ita aucta sunt cujuslibet numeri et casus. Idem accidit quibusdam nominibus tertiæ declinationis: sed ex ος et ον, σ deperditur et ν· et ita sunt paroxyt. στρατὸς, στρατόφι, *exercitus;* ὀστέον, ὀστέοφι, *os, ossis;* contingit hoc et neutris quibusdam quintæ declinationis, sed ος vertitur in ες, ut στῆθος, στήθεσφι, *pectus;* et in fœmininis ejusdem in ων, fit prius genitivus in όνος, ac deinde migrante σ in φι fit nomen Poëticum, ut ἡ κοτυληδὼν, genit. τῆς κοτυληδόνος, unde κοτυληδόνοφι, *acetabulum;* invenitur et ἐρέβευσφιν et ναῦφιν.

Patiuntur prima, secunda, et tertia, apocopen, ut γλῆν, γλάφυ, pro γλήνη, γλάφυρον. sic in quintâ, ut δῶ pro δῶμα, *domus:* ex κάρηνον verò Attic. fit κάρα, et Ion. κάρη, *caput,* quæ omnia sunt indeclina-

bilia: in quintâ autem omnes casus hanc apocopen patiuntur: Αἴαν verò et Θόαν, sunt pro Αἴαντες et Θόαντος, ἱδρῶ pro ἱδρῶτι, Ποσειδῶ, pro Ποσειδῶνα, &c.

Patiuntur et metaplasmum prima, secunda et tertia, ut ἀλκὴ, dat. ἀλκῇ, Poët. ἀλκί· ἴκτῖνος, accus. ἴκτῖνον, Poët. ἴκτῖνα· δένδρον, dat. plur. pro δένδροις, Ion. δένδρεσι· λιτὸν, nom. plur. λιτὰ, Poët. λῖτα, &c.

De Tertia.

Pro ου in genitivo, Att. Ion. et Poët. οιο, Dor. ω. In duali pro λόγοιν, Ion. λόγοιϊν, et pro λογοὺς, accus. Dor. λόγως et λόγος, Æol. λόγοις.

Atticè additur ν, neutris communiter abjicientibus, ut ἄλλον pro ἄλλο.

De Quartâ.

Nomina quartæ formata à tertiâ, retinent α breve in penultimâ, sed longum mutant in ε.

Pro ω in genitivo fit Poët. ωο, et Dor. ι subscribitur, ab Ionico οιο.

Attici in hâc declinatione accusat. quorundam absque ν proferunt.

Dores ι subscriptum ubique negligunt.

De Quintâ.

Iones inflectunt nomina desinentia in ἀν, ᾶνος, per ῆν, ῆνος, Æoles in ας, masc. per αις.

Monosyllaba in αῖς resolvuntur in άϊ.

Tria in υς mutant εος in εως, ut πῆχυς, πρέσβυς, πέλεκυς.

Adjectiva in οεις, contrahuntur in οῦς ut πλακόεις, πλακοῦς, sic ήεις in ῆς, et cæteros casus formant, ut nomina in ους et ης desinentia.

Iones, Æoles, et Dores, auferunt δ et τ ex obliquis in ις et υς, baryt. impur. et hi casus aliquando contrahuntur, ut ἔριδας, ἔριας, contract. ἔρεις· hinc accus. sing. in ν, α, ut μῆνιν et μηνίδα. Poëtæ formant accus. nominum in ις et υς purè flexorum in α, ut βότρυα, pro βότρυν.

Dores formant genitivos et dativos auferendo ς, ut φόρκυς, gen. et dat. φόρκυ.

Αυς Ion. flectitur per η, ut νῆυς, Attic. per ε in genit. sing. νεὼς, et totum pluralem. Accus. in αυν. sed Poët. et Ion. in α, ut νῆα· sed ους, Dor. in ως· ουν, Dor. in ων et plur. ους, Dor. in ως.

In accusativo quorundam Attici habent apocopen τοῦ α, ut Ἀπόλλω, pro Ἀπόλλωνα. Poëtæ syncopen, ut θύγατρα, pro θυγατέρα.

Comparativi in ων in accus. singulari, et nom. accus. et vocat. plur. amittunt ν Ion. ut μείζονα, Ion. μείζοα· et contrahunt οα in ω Attic. ut μείζω.

In nominibus in ας vel ους, facientibus genit. per ντος, quæ com-

muniter formant vocat. per αν vel οῦν, Poëtæ auferunt ν, et tum fit vocativus, ut Θόα pro Θόαν, πλακοῦ pro πλακοῦν, quibus additur ἄνα pro ἄναξ.

Dores vocativum nominum in ῶν resolvunt in άον. Æoles vertunt ῶν in vocativo in ὸν, ut Ποσειδῶν, Dor. Ποσειδάον, Æol. Ποσειδὸν.

Vocat. nominum in ὶς, ίδος, formatur abjiciendo ς, ut ὦ Ἀμαρυλλί.

Οιν in duali Ion. vertitur in οιϊν, ut ποδοῖϊν pro ποδοῖν, ut in tertiâ.

Iones genit. plur. quorundam mutant ων in εων, ut χειρέων pro χειρῶν, ut in primâ.

Poëtæ in dativo plurali reduplicant σ, ubi metrum postulat; aliquando formant à genitivo sing. mutando ος in ες, et addendo σι, ut pro Αἴασι, fit Poët. Αἰάντεσσι, et in contractis declinationibus, ut βασιλέεσσι· sed sæpe metri causâ, alterum σ in talibus deperditur.

Æoles faciunt dativos plur. quintæ desinere in οις, ut ποιημάτοις pro ποιήμασι.

Æoles inflectunt quædam nomina quintæ secundum tertiam flexionem, ut ἔρως, ἔρου, pro ἔρωτος. Attici secundum quartam, ut ἔρως, ἔρω.

Πολὺς, Poët. πολλὸς, et in accus. πολλὸν· in genit. πολέος, dat. πολέϊ, nom. plur. πολέες, &c.

Poëtæ ε et ο breves tripliciter producunt: primò, vel mutando illas in proprias longas, ε in η, et ο in ω. secundò, vel addendo subjunctivum, ι et υ. tertiò, vel geminando consonam sequentem.

Υἱῒς, genit. υἷϊος, et syncop υἷος, et sic in aliis casibus. Dat. plur. υἱάσι, non υἷσι, quia υἱ non scribitur ante consonantem.

Contractio aliquando fit in longâ vocali, sequente ι, quod subscribitur in contractione, ut Νηρῇδες, pro Νηρήϊδες.

§ 4. *De Primâ Declinatione Contractorum.*

Propria nomina à κλέος composita, duplicem habent contractionem, ut Σοφοκλέης, genit. έεος, contr. 1. ῆος vel έους. 2. οῦς· sed adjectiva, ab eodem composita, flectuntur et contrahuntur ut ἀληθὴς et εὐκλεής.

Attici formant nom. accus. et vocat. propriorum hujus declinationis parasyllabos, ut Σωκράτης, Σωκράτην, Σωκράτης, et sic in plur. instar primæ simplicium.

Æoles et Dores aliquando à contractis detrahunt σ, ut Σωκράτου pro Σωκράτους, ut et in vocat. ὦ Σώκρατε.

Adjectiva in ης, ab ἔτος composita, Att. induunt formam substantivorum primæ simplicium, ratione accentûs, terminationis, et generis, ut ὁ διέτης, genit. ου, dat. ῃ, accus. ην.

In gen. pro ου Dor. et Æol. ευ, Att. έα· in accus. sing. contrahitur in ᾶ, si sit ex ὴς puro, ut ὑγιᾶ pro ὑγιῆ.

Pro η ex duplici εε, in duali, fit Poët. ει, in quibusdam neutris, ut

σκέλει pro σκέλη, et nonnunquam ε, ut ὄσσε pro ὄσσεε, altero ε per apocopen sublato.

De Secundâ.

Πόλις in genit. communiter πόλιος, Attic. εως· dual εφν, plur. εων, accentu in antepenult. Ion. εος, unde et in casibus contrahendis, nempe dat. sing. nom. accus. et voc. plur. ut in nom. accus. et voc. dualibus, qui communiter non contrahuntur, contractio Ionica fit more primæ contractorum. dat. εϊ, ει, dual. nom. accus. et voc. εε, η. Plur. nom. accus. et voc. εες, et εας, εις, et in neutris εα, η. Contractionem autem in η quidam Atticis tribuunt. Poët. ηος· hinc accus. ηα, non ιν. Dor. πόλευς, à πόλεος Ionico.

De Tertiâ.

Doricè et Æol. ευς, oxyt. fit baryt. ut βασίλευς. Ion. εὺς efferunt in ης, ut Ἀχίλλης, pro Ἀχιλλεὺς.

Βασιλεὺς, communiter έος, Attic. έως. Ion. recenter ῆος, sed antiquè εῖος. Bœot. ίος. Dor. εὺς, factâ crasi ex έος in οῦς, deinde verso ου in ευ, et sic in cæteris casibus ε vel η, vel ι retinetur.

Ευς purum habet in genit. et accus. Atticam contractionem, ut Πειραιεὺς, genit. έως, ῶς. accus. έα, ῆ· et Poëtæ contrahunt accus. aliorum, ut βασιλῆ, Poët. pro βασιλέα.

Attici in nom. plur. contrahunt έες, in ῆς, communis contractio εῖς, fit Attic. ῆς.

Dativus pluralis communiter εῦσι, Ion. ῆσι, Poët. έσι, έεσσι, et ήεσσι.

De Quartâ.

Οος, communiter in ους, sed Æol. et Dor. in ῶς· sic accus. όα, communiter in ὼ, si nomin. desinit in ὼ, vel in ῶ circumfl. si nom. in ὼς, sed Ion. οῦν, et Æol. ῶν.

Poëtæ quandoque formant dualem et plur. secundum quintam simplicium.

De Quintâ.

Εα Dor. contrahitur in η, ut κρέας, pro κρῆς.

Iones ponunt ε pro α, ut γέρεος pro γέραος, à γέρας, Poët. dicunt γεράτεσσι, et γεραέσσι in dat. plur.

Nomin. accus. et vocat. plur Poëticam apocopen aliquando patiuntur, ut κρέα pro κρέατα, α nihilominus correpto.

§ 5. *De Dialectis Adjectivorum.*

Adjectiva sequuntur dialectos substantivorum.

Adjectiva composita in ος communiter, et multa derivata pura, et in ιμος Attic. communis generis sunt; multa simplicia et primitiva in ος Poët. sunt communis generis; sic participia tertiæ et quintæ declinationis, et adjectiva quintæ declinationis, quæ communiter sunt masculina tantùm.

Ην communis generis habet Poët. εινα, Ion. είνη.

Iones et Poëtæ formant αιρα in fœmin. ab αρ omnium generum, ut μάκαιρα.

Υς Dor. in fœm. έα pro εῖα.

Denominativa in όεις, ut ἀνεμόεις; et ήεις, ut αἰγλήεις, sunt plerumque Poëtica.

De Comparationibus.

Attici à positivis in ος, sæpe formant comparativum in ίστερος, et superlat. in ίστατος, pro ότερος, ότατος· sæpe etiam ab αιος et ος, præcedente consonâ, in αίτερος et αίτατος· ab υς, ύτερος, et ύτατος, pro ίων, ιστος· εῖν pro έον, ut πλεῖν pro πλέον· σσων pro ζων, ut μάσσων pro μείζων· et ττων pro σσων, ut θάττων pro θάσσων.

Iones έστερος, έστατος, ut δίκαιος, δικαιέστερος, δικαιέστατος· et ίτερος, ut ῥηΐτερος, pro ῥᾳδιέστερος· et εῦν pro έον, ut πλεῦν pro πλέον.

Dores dicunt pro κάρτερος, κάῤῥων· pro βελτίων, βελτεῖν· pro ἐγγίων, ἔσσων· pro βραδίων, βράσσων· pro βαθίων, βάσσων· pro κρείσσων, κρέσσων· pro πλείων, πλήων· pro ἔσσον, ἄσσον et pro πλέον, ut Iones, πλεῦν.

Apud Poëtas comparativa et superlativa ab aliis comparativis et superlativis fiunt, ut à ῥάων, fit ῥαότερος· à κύδιστος, κυδίστατος.

Comparatio fit in substantivis, in verbis, in adverbiis, in participiis, et præpositionibus.

Ἀρείων et λωΐων Poëtica sunt, sed Attic. λῴων.

Χερείων Poëticum est, dat. χερείονι, verso ει in η, et syncope literarum ον, χέρηϊ, sic in aliis casibus.

Possessiva, Diminutiva, Denominativa, Numeralia, Patronymica, et Verbalia.

Possessiva apud Atticos potiùs desinunt in εια, quàm ίνη, ut ἀνθρώπεια.

Apud Iones amittunt ι, ut ἀργύρεος, pro ειος.

Diminutiva delectant Atticos, et Dores nonnulla peculiaria habent, ut πύῤῥιχος.

Pro δύο Attici dicunt δύω.

Iones pro εἷς dicunt ἕεις· pro τέσσαρες dicunt τέσσερες· pro τριάκοντα, τριήκοντα· et sic in cæteris numeralibus in άκοντα· pro εἴκοσι, ἐείκοσι.

Dores, *τέτορες* pro *τέσσαρες*, *εἴκατι* pro *εἴκοσι*, *δίχθα* pro *διχῆ*, *ὀγδώκοντα* pro *ὀγδοήκοντα*.

Æoles *τέρτος* pro *τρίτος*, *τέσσυρες* pro *τέσσαρες*, *ἴα* pro *μία*, *πέμπε* pro *πέντε*.

Poëtæ, *δυὼ* et *δοιοὶ* pro *δύο*, *πίσυρες* pro *τέσσαρες*, *δυωκαίδεκον* pro *δώδεκα*, *δύο* per omnes casus pro *δυοῖν*, *δυσὶ*, et in gen. plur. *δυῶν*.

Patronymica in *ίδης* Attici terminant in *είδης*.

Iones patronymica terminant in *ων*, ut *Κρονίων* pro *Κρονίδης*.

Æoles mutant *ίδης* in *άδιος*, ut *Ὑῤῥάδιος* pro *Ὑῤῥίδης*.

Poëtæ ante *δης* inserunt *α*, ut *Πηληϊάδης*, vel *Πηλειάδης* pro *είδης* vel *ίδης*, et sæpe syncopen habent, ut *Ἠετίδης* pro *Ἠετιωνίδης*.

Fœmininis patronymicis in *ις*, inserunt *η*, ut *Καδμηῒς* pro *Καδμὶς*.

Verbalia quædam peculiaria habent Attici, ut *βλέμμα* pro *βλέπος*.

Quæ formantur à *σμαι*, præt. pass. mutant *σ* in *δ* Dor. et Æol. nonnunquam etiam in *θ*, ut *φράδμων* à *πέφρασμαι*, *μηνιθμὸς* à *μεμήνισμαι*.

§ 6. *De Dialectis Pronominum.*

Ἐγὼ.

Sing. Nom. *ἐγὼ*, Att. *ἔγωγε*· Dor. *ἐγὼν* et *ἐγώνη*, *ἐγώσθην* et *ἐγώγα*· Æol. *ἐγῶ* et *ἐγῶν*· Bœot. *ἰώγα* et *ἰώνγα*· Poët. *γώ*.

Genit. *ἐμοῦ*, Att. *ἐμοῦγε*, *ἐμέοθεν*, *ἐμέθεν*. Ion. *ἐμέο*, et Poët. *ἐμεῖο*. Dor. et Æol. *ἐμεῦ*. per aphær. *μοῦ*, *μέοθεν*, *μείοθεν*, *μέθεν*, *μέο*, *μεῖο*, *μεῦ*.

Dat. *ἐμοὶ*, Att. *ἔμοιγε*· Dor. *ἐμὶν* et *ἐμοίνη*· per aphær. *μοὶ* et *μὶν*.

Accus. *ἐμὲ*, per aphær. *μὲ*, Att. *ἔμεγε*.

Dual. nom. et accus. *νῶ*, Poët. *νῶϊ*, Dor. et Æol. *ἄμμε*, quod Poëtæ usurpant etiam pro *ἡμᾶς*.

Gen. et dat. *νῷν*, Poët. *νῶϊ* vel *νῶϊν*.

Plur. nom. *ἡμεῖς*, Ion. *ἡμέες* et *ἡμεῖες*, Dor. *ἅμες*, Æol. *ἄμμες*, Poët. *ἄμμες*.

Genit. *ἡμῶν*, Ion. *ἡμέων*, *ἡμείων*, et *ἥμων*, Dor. *ἁμῶν*, et *ἁμέων*, Æol. *ἄμμων*, et *ἀμμέων*.

Dat. *ἡμῖν*, Ion. et Poët. *ἡμὶν*, ultimâ brevi, Atticè *ἧμιν*, Dor. *ἁμὶν* et *ἁμῖν*, Æol. *ἄμμιν*, et *ἄμμι*.

Accus. *ἡμᾶς*, Ion. *ἡμέας*, et *ἡμείας*, Dor. *ἁμᾶς*. Poët. *ἀμμᾶς*, vel *ἀμμέας*, Æol. *ἄμμας*, vel *ἀμμέας*.

Σὺ.

Sing. nom. *σὺ*, Att. *σύγε*, Dor. *τὺ*, *τύνη*, et *τύγα*.

Genit. *σοῦ*, Att. *σοῦγε*, Att. vel Poët. *σέοθεν*, et *σέθεν*, Ion. *σέο*, vel Ion. et Poët. *σεῖο*. Dor. vel Æol. *σεῦ*, vel *τεῦ*, vel *τεοῖο*.

Dat. *σοὶ*, Dor. *τοὶ*, Poët. *τὶν*, et *τεΐν*.

Accus. *σὲ*, Dor. *τὲ* et *τὺ*.

Dual. nom. et accus. σφῶ, Æol. et Dor. ὕμμε, quod Poët. etiam est pro ὑμᾶς, Poët. σφῶϊ.

Genit. et dat. σφῶν, Poët. σφῶϊν.

Plur. nom. ὑμεῖς, Ion. ὑμέες, vel ὑμεῖες, Dor. ὕμες, et ὕμμες, Æol. ὕμμες.

Genit. ὑμῶν, Ion. ὑμέων, et ὑμείων, Dor. et Æol. ὕμμων, et ὑμμέων.

Dat. ὑμῖν, Att. ὕμιν, Æol. ὕμμι, et ὕμμιν, Poët. ὑμὶν, ultimâ brevi.

Accus. ὑμᾶς, Ion. ὑμέας, Æol. ὕμμας, vel ὑμμέας, Poët. ὑμμεῖας.

Οὗ

Sing. genit. οὗ, Ion. ἕο, Ion. et Poët. εἷο, οἷο, ἑοῖο, Atticè et Poët. εἷο-θεν, ἕοθεν, et ἕθεν, Dor. εὗ, Æol. εὗ, ἕθεν, γέθεν.

Dat. οἷ, Ion. ἑοῖ, Poët. σφίν.

Accus. ἓ, Ion. ἓε, Poët. ἕθεν, et σφὲ, Dor. μὶν, et νὶν, quod etiam est omnis numeri et generis.

Dual. nom. et accus. σφὲ, Poët. σφέε, σφῶε.

Genit. et dat. σφὶν, Poët. σφῶϊν.

Plur. nom. σφεῖς, Ion. σφέες, Dor. σφὲς, per apocopen σφὲ.

Genit. σφῶν, Ion. σφέων, Ion. et Poet. σφείων.

Dat. σφῖσι, Ion. et Poët. σφὶ, et σφὶν, et per aphær. φὶν, Æol. ἄσφι.

Accus. σφᾶς, Ion. σφέας, Æol. σφὲς, et σφὲ, Dor. ψὲ, et Poët. σφεῖας.

Pronomina possessiva, quæ flectuntur more secundæ et tertiæ nominum simplicium, sequuntur earundem declinationum dialectos, ut Ion. ἐμοῖο, Dor. ἐμῶ, &c. pro ἐμοῦ, ab ἐμὸς.

Pro σὸς, σὴ, σὸν, Dor. et Poët. τεὸς, τεὰ, τεὸν Æoles contrahunt cum articulo, retracto accentu, et amisso spiritu aspero, ut ὦσος, ἤση, τὤσον.

Pro ἡμέτερος, ρα, ρον, Dor. ἀμέτερος, et ἀμὸς, ὰ, ὸν, Æol. ἄμος, α vel η, ον.

Pro ὑμέτερος, Dor. ὑμὸς, ὴ, vel ὰ, ὸν, Æol. ὕμος, &c.

Pro σφέτερος, Dor. σφὸς, ὰ, vel ὴ, ὸν, item σφέος, &c.

Pronominibus demonstrativis Attici addunt ι, ut οὑτοσὶ, in omni casu, sed neut. τουτοῒ, et sæpè τουτὶ, et in plurali pro ταῦτα dicunt ταυτί.

Addunt etiam Attici ι infinitis et relativis compositis, τοῖος, τόσος, τηλίκος, et οὗτος, ut τοιουτοσὶ.

Τοῖος, τηλίκος, τόσος, habent sæpe syllabam δε adjectam, ut τοσόσδε, in omni casu et numero, Atticè δι.

Ὅς, οὗ, οἷ, usurpatur aliquando pro αὐτὸς, et σφέτερος, pro ἡμέτερος, ὑμέτερος, &c. cum verbis primæ et secundæ personæ.

Pro ἐκεῖνος, Poëtæ et Iones dicunt κεῖνος, Dores autem τῆνος per ῃ diphthong. impropriam; vel sine ι.

Τοῦτο, ἐκεῖνο, et αὐτὸ, et compositis, Atticè additur ν.

Οὗτος et αὐτὸς, et composita ex his Ion. præponunt ε ante diph-

thongos vel vocales longas ultimæ syllabæ, excepto duali, et nomin. plur. ut *τουτέου*, pro *τούτου*.

Dores pro *ταύτας*, dicunt *τούτας*.

In compositis ab *αὐτὸς*, Iones vertunt *αυ* in *ωϋ*, hinc *ἐμεωϋτέω*, pro *ἐμαυτοῦ*.

Poëtæ flectunt *ἑαυτοῦ* divisim in sing. numero, ut *ἕο αὐτοῦ*, *ἕοι αὐτῷ*, *ἕε αὐτόν*.

Poëtæ pro *δεῖνα*, dicunt *δεῖς*, *δεῖνος*, *δεῖνι*, *δεῖνα*.

§ 7. *De Dialectis Verborum.*

Attici mutant barytona in circumflexa, ut *τυπτῶ*, pro *τύπτω*, et circumflexa in baryt. ut *ἀνώγω*, pro *ἀνωγέω*.

Augent in medio per syllabam *αθ*, ut *ἀμυνάθω*, pro *ἀμύνω*.

In quartâ conjugatione mutant *σσ* in *ττ*, ut *πράττω*, pro *πράσσω*.

Utuntur futuris mediorum pro activorum.

Tollunt *σ* ex *ίσω* fut. verborum pollysyllab. in *ίζω*, et circumflectunt ultimam, ut *ὁπλιῶ* pro *ὁπλίσω*, ab *ὁπλίζω· ὁπλιοῦμαι* med. aliquando etiam Doricè *εῦμαι·* etiam ex *άσω* et *έσω* abjiciunt *σ* cum præcedente vocali, ut *βιβῶ*, pro *βιβάσω*, et futura barytonorum formant quasi à circumflexis, ut, *ἀλεξήσω* ab *ἀλέξω*.

Abjiciunt breves vocales, ut *λοῦται* pro *λούεται*, *οἶμαι* pro *οἴομαι*.

Dores mutant *ζω* in *σδω*, ut *βαδίσδω*, pro *βαδίζω*, et mutant *σ* in fut. in *ξ*, ut *βαδίξω* pro *βαδίσω*.

Formant nova verba à barytonis, ut *νομάω* à *νέμω*.

Inserunt *υ* verbis in *έω*, ut et Æoles, et *άω*, ut *ζητεύω*, pro *ζητέω·* verbis in *ίω* et *ύω*, inserunt *ν*, ut *θύνω*, pro *θύω*.

Æoles verba in *μι* formant à circumflexis, ut *δάμνημι* à *δαμάω*.

Characteristicam mutant *ε* in *η*, ut *ἀδικήω*, pro *ἀδικέω· σσ* in *ζ*, ut *ὀρύζω*, pro *ὀρύσσω* (cujus tempora quasi à *δω* formant.) *ττ* in *σσ*, ut *ὄσσω* pro *ὄπτω*.

Augent futura in *ρῶ* et *λῶ* inserendo *σ*, et retrahendo accentum, ut *σπέρσω*, pro *σπερῶ· ψάλσω*, pro *ψαλῶ*.

Multa sunt verba Poëtica in *ώω*, derivata ab aliis in *ω* purum desinentibus, ut *πλώω* à *πλέω*, *ζώω* à *ζάω*, &c. ut et *ῥώω* pro *ῥώννυμι*.

Dores circumflectunt fut. 1. ut *τυψῶ*, pro *τύψω*, *τυψοῦμαι* pro *τύψομαι*, et hoc pro *τυψεῦμαι·* et *σ* characteristicam futuri mutant in *ξ*, ut *κλείξω*, pro *κλείσω·* aliquando *σ* omittunt, ut Attici.

Poëtæ sæpe rejiciunt *σ* in fut. sextæ conjugationis, ut *κλείω* pro *κλείσω*, *δήω* pro *δήσω*.

Loco irregularis habent futurum regulare, ut *δοκήσω*, pro *δόξω*.

Nova formant, ut *τροπάω* à *τρέπω*, *ἔχημι* ab *ἔχω*.

Æoles addunt *θα* secundis personis in *σ*, ut *οἶδας*, *οἶδασθα·* hinc *οἶσθα*, per syncopen.

In secundâ et tertiâ personâ in *εις*, *ει*, Dores abjiciunt *ι*, et dicunt *ες*, *ε*, pro *τύπτεις*, Dor. *τύπτες*, Æol. verò *τύπτης*, verso *ει* in *η*, et sic in tertiâ personâ et in fut.

Dores pro μεν in primâ plurali dicunt μες, ut τύπτομες, pro τύπτομεν.

Attici addunt ν personis desinentibus in ε vel ι, ut ἔτυπτεν, pro ἔτυπτε· τύπτουσιν pro τύπτουσι, etiam sequente consonâ.

Ubi est σι in tertiâ plurali indicat. et subj. Dores mutant in ντι, pro ασι αντι, pro ουσι οντι, pro οῦσι οῦντι, vel όντι, vel εῦντι, ut pro τύπτουσι, τύπτοντι· pro τυπτοῦσι, τυπτοῦντι, vel τυπόντι. Æoles verò omittunt ν ex οῦντι Dorico, ut ποιεῦτι, pro ποιεῦντι, pro ποιοῦσι, ut et in pass. Sed εῖσι in έντι, ut τιθέντι, pro τιθεῖσι· et ita hæ personæ sunt similes dat. sing. participii, nisi in præterito, ut τετύφαντι.

Dores efferunt augmentum ει pro η, Iones η pro ει efferunt, ut ἐρωτάω, Ion. εἰρώταον, pro ἠρώταον. ἔχω, Dor. ἦχον, pro εἶχον.

Attici mutant augmentum ε in η, ut ἤμελλον, pro ἔμελλον. Poëtæ producunt geminando consonam, ut ἔλληξα, pro ἔληξα· ἐδδούπησα pro ἐδούπησα· et pro ευ immutabili in augmento, habent ηυ, ut ηὐχόμην· η pro ει, ut ἤκαζον, pro εἴκαζον· et addunt syllabicum aliquando temporali augmento, ut ἑώρων, pro ὥρων· sic ἑώρακα, et ἑωράκειν.

Attici et Iones pro η in augmento habent εα, et Æoles τῷ ε, υ subjiciunt, ut εὔαδε, pro ἔαδε, et hoc pro ἧδε.

In aor. 1. Poëtæ sæpe omittunt σ, ut ἦλευα, pro ἤλευσα, sæpe geminant σ post brevem, ut ἐτέλεσσα, pro ἐτέλεσα, ut et in futuro.

Poëtæ et Iones, et Æoles, ut quidam volunt, formant imperf. aorist. 1. et 2. ex secundâ personâ communi ejusdem temporis, auferendo augmentum, et addendo κον, κες, κε, et ita formantur in toto singulari, et tertiâ plurali, ut ἔτυπτον τύπτεσκον, ἔτυψα τύψασκον, ἔτυπον τύπεσκον, σκες, σκε· sed si diphthongus præcedit, abjiciunt vocalem subjunctivam, ut φίλεσκον pro φίλεισκον· vel si longa vocalis in verbis in μι mutant longam illam in suam brevem, ut ab ἐτίθην, τίθεσκον· vel à puris, ut ἐφίλεες, φιλέεσκον· hinc etiam imperf. pass. τυπτεσκόμην, σκου, σκετο, pro ἐτυπτόμην, &c.

Bœoti, ut et Dores, et Attici, ut quidam affirmant, mutant ον tertiæ plur. in οσαν, αν in ασαν, ut ἐτύπτοσαν pro ἔτυπτον, ἐτύπτασαν pro ἔτυπταν.

Iones et Poëtæ sæpe abjiciunt augmentum, ut ἔτυπτε, Poët. et Ion. τύπτε, sic in aor. nec Poëtæ literam ρ geminant, ut ἔριπτον pro ἔῤῥιπτον· in aliis autem metri causâ syllabicum augmentum positione producunt, geminatâ consonâ sequente, ut ἔδδεισα pro ἔδεισα.

Poëtæ ut et Iones augmento ε addunt et primam literam thematis, non solùm in temporibus, ubi augmentum locum habet, sed in cæteris, ut à χάζω, non tantùm in aoristo 2. κέκαδον pro ἔκαδον, sed etiam in futuro 2. pro καδῶ, κεκαδῶ, et κεκαδήσω, et med. κεκαδήσομαι· sic τέτυπον, et τετύποιμι, pro ἔτυπον, τύποιμι· sic pro ἔτυπτον, ἐτέτυπτον.

Attici habent in præt. ει pro λε, et με, augmentis, ut εἴληφα, εἵμαρμαι, pro λέληφα, μέμαρμαι.

In præt. adduntur Atticè duæ primæ literæ thematis verbis incipientibus ab α, ε, ο, præter augmentum commune, ut ἀγείρω, ἤγερκα, Attic. ἀγήγερκα, et corripitur tertia syllaba (si longa sit) cum præte-

ritum tres syllabas excedit, ut ἀλείφω, ἤλειφα, Attic. ἀλήλειφα· sic ἐλήλυθα, pro quo Dor. et Poët. εἰλήλουθα· servant enim tertiam longam: ab ἤλυθα, inusitat. et hìc sæpe est metathesis, ut ὤλολα, pro ὄλωλα, ab ὄλλυμι.

Attici mutant ε in penultimâ in ο, in præt. verborum dissyl. primæ et secundæ conjugationis, ut ἔστροφα, pro ἔστρεφα.

Ἔοικα, Attic. pro οἶκα, ab εἴκω· ἔολπα pro ἦλπα, ab ἔλπω· ἔοργα et ἔωργα, ab ἔργω· unde et plusquamperf. ἐώκειν, ἐώλπειν, ἐώργειν, quæ recipiunt augmentum in secundâ syllabâ. Accidit hoc aliquando etiam in aoristis aliorum verborum, ut ἔηκα, pro ἧκα, unde ξυνέηκα.

Κ Ionicè subtrahitur à præteritis verborum in άω vel έω, et penultima corripitur, ut μέμηκα, μέμαα· et aliquando servant longam, ut κεκότηα, à κεκότηκα· et ante κ, Ion. inseritur γ, ut ἔκταγκα, pro ἔκτακα.

Poëtæ in præt. med. transponunt ορ, ut δέδροκα, pro δέδορκα.

Poëtæ habent syncopen in præterito, ut κέκμηκα, pro κεκάμηκα.

Addunt in verbis ἔδω et ἄγω, præter communem Atticam reduplicationem, syllabas δο et γο, ut ἐδήδοκα, pro ἔδηκα, pro ἧκα, ab ἔδω· et ἀγήγοχα, aliquando ἀγήοχα, pro ἄγηχα, pro ἦχα, ab ἄγω· sic εἴπατε, pro εἶπε.

Communibus augmentis præponunt ε, ut ἔηκα, pro ἧκα.

Transponunt literas in augmento præteritorum et aor. ut ἔμμορα, pro μέμορα.

Bœoti faciunt 3. plur. præt. per αν, ut τέτυφαν, pro τετύφασι.

Attici sing. plusquamperf. formant in η sine ν, ης, η, ut ἐτετύφη. Iones εα, εας, εε, ut ἐτετύφεα· ᾔδειν, Attic. ᾔδη, Ion. ᾔδεα, ab εἴδω, *scio*. Tertiam pluralem εισαν, Attici et Dores efferunt per εσαν, ut ἐτετύφεσαν· vel sine augmento τετύφεσαν.

Atticum plusquamperf. temporaliter initio aliquando augetur, ut ἠγηγέρκειν, pro ἀγηγέρκειν.

Poëtæ sæpe habent syncopen, correptâ syllabâ præcedente, ut ἐπέπιθμεν· pro ἐπεποίθειμεν.

Ἥμβροτον, Poët. pro ἥμαρτον, ab ἁμαρτάνω.

Quando secundus aor. habet αρ in penultimâ, Poëtæ transponunt in ρα, ut πέρθω, aor. 2. ἔπραθον, pro ἔπαρθον· sic δέρκω, ἔδρακον, pro ἔδαρκον· in τρέφω verò non invenitur hæc metathesis, nisi in ἐτάρφημεν.

Iones omnia tempora circumflexa act. pass. et med. resolvunt, inserendo ε, et retracto accentu; ut pro ῶ, εῖς, εῖ, dicunt έω, έεις, έει· et aliquando inserunt ε ante longam non circumflexam, ut φαγέοις, pro φάγοις.

Attici mutant tonum in aor. 2. imperat. ut ἰδὲ, pro ἴδε· λαβὲ, pro λάβε.

Attici tertiam pluralem præsentis et aoristi utriusque imperativi, faciunt similem genitivo plurali participiorum, ut τυψάντων, pro τυψάτωσαν· vel tertiæ duali, ut τυπτέτων, pro τυπτέτωσαν.

Apud Syracusanos, ponitur ον in aoristo 2. pro ε, ut τύπον pro τύπε.

Æoles habent peculiarem aorist. 1. opt. modi in εια, ειας, ειε, quo etiam Attici utuntur in secundâ et tertiâ sing. et tertiâ plurali; et imitantur in præsenti, ubi pro οιμι baryt. aliquando dicunt οια, οιας, οιε, &c. ut εἴποια, pro εἰποίμην. Attici imitantur etiam barytona circumflexa in præsenti optat. ut τρεφοίην, pro τρέφοιμι.

Bœoti vertunt εν in σαν tertiâ plur. aor. optat. ut τύψαισαν, pro τύψαιεν· ἔλθοισαν pro ἔλθοιεν.

Optativorum pluralis in είημεν, είητε, είησαν, Atticam syncopen patitur in omnibus verbis, ut τυφθείημεν, τυφθείητε, τυφθείησαν, Att. τυφθεῖμεν, τυφθεῖτε, τυφθεῖεν.

Σι vel σιν additur Ionicè tertiis personis singularibus subjunct. in η desinentibus activis et mediis, ut τύπτῃσι pro τύπτῃ, τετύπῃσι pro τετύπῃ· et in verbis in μι, etiamsi in aliâ terminatione desinant, ut δῷσι, pro δῷ· aliquando σι additur etiam tertiæ præsentis indicativi, et ει vertitur in η, ut τάττησι pro τάττει.

Poëtæ et Æoles primam personam subjunct. in ωμεν, efferunt in ομεν per systolen.

Ubicunque in infin. est ν vel ναι, Attici, Iones, et Dores, ante ν vel ναι inserunt με, subtrahendo ι vel υ, ex diphthongo præcedente: Iones verò ex ναι auferunt αι, Attici et Dores αι ad ν adjiciunt, si non adsit. Dores aliquando ex ειν tantùm auferunt ι.

Æoles verò vertunt ειν in ην, ut τύπτην pro τύπτειν.

Poëtæ in temporibus Atticè formatis geminant μ, ut τυπτέμμεναι, pro τύπτειν.

Τύπτειν, Attic. et Dor. τυπτέμεναι, Dor. τύπτεν, Ion. τυπτέμεν, Æol. τύπτην, Poët. τυπτέμμεναι.

Τετυφέναι, Att. et Dor. τετυφέμεναι, Ion. τετυφέμεν.

Τυφθῆναι, Att. et Dor. τυφθήμεναι, Ion. τυφθῆμεν.

Δηλῶν, Att. et Dor. δηλόμεναι, Ion. δηλόμεν.

